paribus quanto aqua est profundior et mobilior tanto piscis in ea nutritus est melior. Et de his sufficiēter eligi potest qui pisces sunt vituperabiles et qui laudabiles sunt. pisces em̄ bestiales sicut porcus marinus. canis marinus. delphin morua. nō multum competunt in sanitatis regimine. Sunt enim difficilis digestionis et grossi humoris et multe superfluitatis. nec in carnibus predictorū piscium apparent conditiones superius numerate. puta albedo subtilitas ꝛc. Et si hos pisces et consimiles commedi contingat non statim sunt coquendi et commedendi postꝙ capti sunt. sed obseruandi sunt per aliquos dies quousqꝫ eorum carnes mollescant et tremiscant sine substantie corruptione. Et etiā predicti pisces meliores sunt semisalsi. ꝙ recentes aut perfecte salsi. Inter alios autem pisces marinos consideratis conditionibus supradictis laudabiliores videntur rogetus et gornatus siue gornus. Nam eorum caro et substantia est purissima. Et post hoc plagicia et sola. sed horum caro est magis viscosa et nimis frangibilis et min⁹ alba et magis grossa et minus subtilis: nec horum sapor aut odor est ita delectabilis. et fore piscis merlengendus est laudabilior post rogetum. Non est enim tante grossiciei et viscositatis sicut plagicia et sola. et eius substantia est satis frangibilis sed cōsideratis sapore et odore cum calore et substantie puritate mollitate deficit in bonitate a rogeto et gornato. Et similiter ntelligitur de allece. Et morua iuuenis satis appropinquat predictis in bonitate consideratis predictis cōditionibus. Est tamen grossior et viscosior predictis piscibus. Salmones autem et turboti et maquerelli multum deficiunt in bonitate. Sunt enim multum grossiores et viscosiores et ad digerendum difficiliores et magis superfluitate pleni vnde competunt nisi exercitantibus fortibus iuuenibus cū quibusdam salsis eorum viscositati grossiciei et frigiditati repugnantibus. Inter pisces autē dulcis aque consideratis predictis conditionibus. parca et lucius mediocris. primum gradum bonitatis obtinent supposito ꝙ sint pingues. deinde vendosia. et deinde lopia. Et ꝙuis carpa sit squamosior predictis. tamen nō habet carnem adeo albam et frangibilem et subtilem sicut lucius et parca. et sepius reperitur in stagnis. Et vniuersaliter ceteris paribus meliores sunt pisces dulcis aque qui capiunt in aqua petrosa currente versus septentrionem profunda. multe agitationis. ad quā non confluunt sordicies ciuitatum. in aqua etiam nō sunt herbe male. Cancri aūt fluuiales et marini multi sunt nutrimenti. et non facile in stomacho corrunpuntur. verum sunt difficilis digestionis. Sciendum est insuper ꝙ pisces recentes corpus humectant ꝛ licet sperma multiplicant ꝛ multum competuut colericis. Et non sunt commedendi pisces post forte exercitium vel fortem laborem. quia tunc defacil in stomacho corrunpuntur Et caueant ab vsu piscium habentes stomachum debilē vel malis humoribus plenum: Amplius sciendum ꝙ pisces grossi semisalsi meliores sunt ꝙ recentes psices. Et saliti multi temporis non sunt boni. Item nō sunt commedendi pisces et carnes simul. nec pisces ꝛ lacticinia. nec sunt commedendi pisces post alios cibos. Item pisces laudabiles parum saliti et in pauca quantitate sumpti reuocant appetitum et ipsum corroborant si quis habuerit appetitum ad eos.

¶ De Anguilla.

Vocibus anguille praue sunt si commedantur
Qui phisicam non ignorant hec testificantur.

Caseus anguilla nimis obsunt si commedantur
Ni tu sepe bibas et rebibendo bibas.

Der ael eyn vngesunter fisch
Thut der stym beuor vordriß
Czu keß vnd eln schmyr wol die keln
Gut drűngk vnd vil es haben wil.

¶ Hic auctor subdit ꝙ anguilla est piscis insanus maxime nocens vocibus. et hoc probat sermone medicorū et naturalem philosophiā studentiū. Et rō est. quia anguilla est piscis limosus viscosus et maxime opilatiuus: et multū deficit a conditionibus boni piscis prius narratis in parte p̄cedenti Et qd̄ dictū est de anguilla etiā intelligendū est de lampreda. licet lamprede parue laudabiliores sunt anguillis et minus periculose cū nō sint tante viscositatis et grossiciei sicut anguille. vt ptʒ ad sensum. Unde salua reuerentia vtentiū isti pisces sunt valde periculosi q̄uis ori sunt saporosi. Horū em̄ pisciū in aqua sil'is est generatio generationi serpentū in terra: vnde multū dubitandum est ꝙ non sint venenosi. vnde eoꝝ capita et cauda in quibus venenū cōsueuit esse. et similiter interior spina: nullo modo sunt edenda. Bonum est etiā ꝓpter earū viscositatē ꝙ submergantur in vino optimo viue et dimittant̄ ibi quousqꝫ mortue sint. Et deinde preparentur cū galentina optimarū specierum ẜm ꝙ coci magnorū dominorū facere cōsueuerūt. Bonū est tñ ꝙ ebulliātur primo duabus ebulitionibus in vino et aqua. et illa abiecta decoquant̄ ad perfectionē: et fiat galentina vel pastillatura vel assatura cū salsamento appropriato vcʒ cū salsa viridi: cū fortibus speciebus et vino in hyeme: et cū debilibus speciebus et agresta ⁊ aceto in estate Commodosius tamen est manerie huiusmodi pisciū dimittere. Deinde subdit textus ꝙ caseus et anguilla multū nocent si cōmedant̄: et istud intelligēdū est si in magna quantitate sumant̄: quorū cause dicte sunt de caseo ibi. Persica poma. Et de anguilla nunc dicta est causa. Postea dicit textus ꝙ si ista sumant̄ cū frequenti potatione vini malicia eorum corrigitur. Et istud nō debet intelligi de vino subtili et penetratiuo nec de vino quod datur vis potus conductiui. quia tale nō debet dari super cibum generatiuū mali humoris quando cōmedit̄: nec ante ip̄m nec postq̄ꝫ fuerit digestus vt vult Aui. in. i. c. de regimīe aque et vini. q: tale vinum magnū nocumentū induceret. penetrare em̄ faceret humorē malū ex hoc cibo genitū vsqꝫ ad extrema corporis qui forte nō sufficeret penetrare sine vini auxilio et cōductu. Sed intelligendū est istud de vino forti nō multū penetratiuo sepe et in parua quantitate dato: gratia permixtionis ciborū. Tale em̄ corrigit maliciam ciborum cōfortat digestionem et digerit flegmaticos humores et frigidos quare iuuat ad digestionē casei et anguille. que male digestionis sunt.

¶ De Pisis.

Pisam laudare decreuimus ac reprobare
Pellibus ablatis est bona pisa satis
Est inflatiua cum pellibus atqꝫ nociua.

Die erbes mit den hűlsen blebt
An haut yn hohem lobe schwebt.

¶ Hic ponit vnū notabile de pisis. et est q̄ p ise aliquo modo laudant et aliquo modo vituperant. Laudantur em̄ quando cōmedunt ablatis corticibus. Vituperantur vero qn̄ cōmedunt cū corticibus et pellibus. quia tunc sunt inflatiua. Et g̊ nō est artificiale ea cōmedere simul cū cortice. quia medullarū et corticum nature discordant. Alterū em̄ laborat vt soluat et exeat. Alterū obuiat vt constringat. vt dicit Isaac in dietis vniuersalibus. quare in corpore fit motus agitatiuus inducēs torturā et inflationem. Et istud nedum veritatē habet de pisis. verūetiā de omnibus leguminibus sicut fabis. faceolis lentulis. et similibus. Et specialiter de habentibus multū corticē sicut fabe et cicera nigra. Cortex etiam in omnibus est peioris nutrimēti q̄ʒ medulla. Et circa istud est sciendum q̄ est vna maneries pisorū alborū rotundorū habentiū corticem exteriorē valde paucum et subtilem. Et ista pisa securiꝰ possunt cōmedi cū cortice q̄ʒ alia. Quis melius fit q̄ depurent a cortice. Et quia dictū precedēs veritatē habet de omnibꝰ leguminibus. Sciendū est q̄ legumina recentia minus habent de cortice et in eis minor diuersitas est inter corticē et medullā et facilius digerunt. Et ideo dicunt aliqui q̄ magis cōpetunt corporibus sanis. sed non est ita quia legumina recentia sunt plurimarū superfluitatū et corruptibilioris subē. quare minus cōueniunt corporibus sanis. Et ideo pro veritate tenendū q̄ legumina sicca depilata a corice exteriori sunt saniora q̄ʒ recentia nō depilata. sed viridia sunt saniora siccis nō depilatis. Sciendū vlterius q̄ quia oim̄ leguminū subā est inflatiua et difficilis digestiōis et eorū nutrimentū malū nō cōpetit in regimie sanitatis. sed brodiū siue decoctio ipsorū cōueniens est. quia eorū decoctio ventris est subductiua id est laxatiua. vrine prouocatiua. et venarū deopilatiua. vnde satis cōuenit tpibus in quibus hoīes vtunt cibis grossis et opilatiuis. puta tpe ieiuniorum. In isto em̄ brodio siue in ista decoctione cōuenienter facta nō sunt nocumenta que sunt in subā. vnde in ea non est inflatio. nec difficultas nutritionis et digestionis. nec malicia nutrimenti. Fit aūt ista decoctio per istum modum In sero em̄ ponunt cicera vel pisa in aqua feruenti. et in eadē longo tpe manibus cōfricantur. deinde predicta aqua tota nocte tpēt. et in eadē sequēti nocte buliant duabus vel tribus bulitionibus. et postea colēt et colatura reseruetur. appropinquāte hora refectionis p̄paretur cū cynamomo et croco et aliquantulum vinum addatur. et deinde vnico feruore buliat et spumet in principio refesctionis. Et brodiū seu purenta cicerum et pisorum rotundorum alborum est melius et cōuenientius et nature amicabilius. et similiter eorum substantia.

¶ De Lacte.

Lac elbicis sanum caprinum post camelinum.
Ac nutritiuum plus omnibus est asininum
Plus nutritiuum vaccinum sic et ouium
Si febris est capitisue dolor non est bene sanum.

Schwachen vnd vorzerten leutten
Wil ich tzu der geyßmilch deutten
Camel vnd eßelmilch nerth fast
Von kűen vnd schaffen aller bast
Dem kalten vnd des heűptes we
Wil die milch gantz wyderstehe.

¶ Hic ponunt quedā documēta circa electionē lactis. Primū est q lac caprinū est sanū ethycis. i. cōsumptis et maceratis vel habentibus febrem ethicam. Et istud vult Aui. ij. canō. c. de lacte dicēs. Lac caprinū et lac asininū sunt bona ethice. Et idem vult. 4. trac. in. c. de rememoratione medicinarū humectantiū ethicos. Et ratio etiā est. quia lac caprinū est temperatū fm Aui. z. cano. c. de lacte et etiā multi nutrimēti. vt vult hic text9 Et post istud lac valet camelinū Istud enī subtile est multe aquositatis et humiditatis. quare potest humectare eos. Uerum est tamē q istud lac pter suā nimiā humiditatē parum nutrit. quare minus eis cōuenit q caprinū. Istud tamē lac camelarum et maxie nouiter fetarum cōfert ydropisi valde et paciētib9 dolorē in epate. et renouat epar fm Aui. z. cano. c. de lacte. Secundū documentū est q lac asininū plus ceterꝫ lactibus ethicis cōuenit. Et istud verum est cōparando lac asininū ad lac aliorū brutorum quia lac asine declinatur ad frigiditatē et humiditatē. Et est subtilius et citius penetrans et tardius coagulabile q lac aliorū brutorum Sm Ga. vij. de ingenio. c. vij. Et istud vult idem aui. in. iiij. loco. preal. dicens Et nō est lac post lac mulierꝫ sicut lac asine Et pri9 dicit Et prie lac asine eradicat ethicā si fuerit ei eradicatio. Comparando tamē lac asine ad lac mulieris minus cōuenit. Lac enī mulieris sugendo sumptū cōueniētius est omnib9: vt vult Aui. 4. loco pal. Et ratio est. quia lac humanū siue muliebre subtilius est frigidius et humidius et nature humane magis simile: velocius penetrans: cicius digestum et magis nutriens: Et debet istud lac dari ethicis quantū possibile est mulieri magis prope lectum infirmi et ei protinus sine mora administrari ne ab aere corrūpatur Et circa istud sciendum est q nō semper cōuenit ethicis lac mulieris aut asine. immo in aliquibus casibus lac acetosum siue ebutiratū est vtilius ethicꝫ q lac mulieris aut asine: Quorū primus est qñ cū ethica est solutio ventris. Secundus est qñ est suspitio de coagulatione lactis in stomacho vel de ardore vehementis febris: vel quia stomachus de se est colericus vt lac in coleram cōuertat Tertius est qñ cū ethica cōpulat putrida. pcipue quando in interioribus nō fuerint multe opilationes Nam lac acetosum restringit ventrē: et nō faciliter colerizatur: quia priuatū est butirositate: per quā faciliter lac inflammat: nec in putrida febre: putre fit pter eandē causam. Quartus est si stomachus fuerit sordidus. tunc enī lac in eo facile corrumpit. Quintus si ethicus abominet lac dulce et integrū: et nō acetosum siue ebutiratū. Tertium documentū est. q lac vaccinum et ouinū sunt magis nutritiua quia pinguiora et grossiora sunt aliis. vt dicit Aui. z. cano. c. de lacte: Et ibidē de lacte vaccino dicit: Lac oīs animalis cuius pregnatio prolixior est pregnatione mulieris est malū: quapropter portionabile est illud qd proximū est sicut vaccinū Ga. vero in almā. c. de lacte dicit: Uaccinum enī lac omni lacte cuiusqꝫ animalis alterius grossius iudicat quod etiam omnibus sui corporibus pinguedinem adipisci volentibus cōuenientius existit. Quartum documentum est q lac nocet habenti febrem et dolorem capitis: Cuius causa dicta est supra ibi: Persica poma pira.

¶ De Butiro.

Lenit et humectat soluit sine febre butirum
Incidit lauat et penetrat mundat quoqꝫ serum.
Dem kalten ist die butter wider
Sy feucht laxirt vnd lindet die glider.

Das molken zutreibt vnd macht subtil
Durch dringt vnd wesch vnd reinigt vil.

¶ Hic auctor Primo ponit proprietates butiri quas ipsum inducit in corpore humano. Prima est quod butirũ lenit ventrem siue mollificat atque lubrificat hanc proprietatem facit sua vnctuositate. Secunda proprietas est: quod butirum est humectiuum: quia ex melioribus partibus lactis cõpositum est: et ita sibi conuenit humectare sicut et ipsi lacti a quo extrahitur. Tertia est quod soluit ventrem: id est prouocatiuum secessus, et hoc lac facit: quia lubricitatem inducit intestinis Et istas proprietates eius etiam ponit Aui. z. cano. c. de butiro Et inducit butirum istas tres proprietates in corpore non febricitante. Nociuum tamen est corpori febricitanti: quia butirum sola vnctuositate de facili inflammatur. Et in febricitante calorem augmentat. Circa istud sciendum quod licet butirum inducat predictas proprietates: ratione tamen sue nimie humiditatis et vnctuositatis non competit via cibi specialiter in quantitate notabili: Primo enim si quis eo vtatur in quantitate notabili abominationem inducit et facit cibum supernatare in orificio stomachi et ventrem plus debito laxat et vomitum inducit. Nullo ergo modo butirum est cõmedendum via cibi in quantitate notabili: et specialiter non commedatur post alios cibos: sed ad condimentum cibariorum satis conuenit. ¶ Secundo ponuntur quattuor proprietates seri id est aque lactis Quarum prima est quod serum est incisiuum siue subtiliatiuum. Secunda est quod est lauatiuum id est abstersiuum. Tertia est quod est penetratiuum: et ista sequitur ex prima. Quarta est quod serum est mundificatiuum id est solutiuum siue purgatiuum. Et tres istarum proprietatum narrat Auicenna scdo canone capitulo de lacte dicens quod aqua eius scilicet lactis est subtiliatiua lauatiua et solutiua et in ipsa non est mordicatio. Ra. vero in almam. dicit quod serum coleram rubeam expellit scabiei quoque atque pustulis: nec non eis pustulis qui in facie nascuntur. hyctericie etiam: atque ei cui fortis vini potus nocuit: auxilium prebet.

¶ De Caseo.

Caseus est gelidus stipans grossus quoque durus
Caseus et panis bonus est cibus hic bene sanis
Si non sunt sani tunc hunc non iungito pani.

Der keß der stopfft-ist kalt vnd grop
Keß vnd brot hat grosses lop
Es ist dem gsunten offt gar gut
Den keß der kranck wol weckhin thut.

¶ In hoc textu auctor duo facit Primo ponit quattuor proprietates casei: quarum prima est quod caseus est frigidus id est frigide nature: Et istud intelligendum est de caseo recenti qui est frigidus et humidus: et non de veteri qui est calidus et siccus. vt vult Aui. z. canone capitulo de caseo. Vel potest intelligi de caseo qui fit ex sola coagulatiõe lactis absque alicuius alterius rei cõmixtiõe Reperitur enim caseus calide nature calefaciẽs stomachũ ac linguã mordicãs ex cõ

mixtione rerum sibi admixtarū. sicut est aliquis caseus viridis qui si in magna quantitate sumat multū calefacit corpus. Secunda ꝓprietas est. ꝙ caseus est stipans. i. cōstipatiuus siue durum ventrem efficiēs. Et istud maxie habet veritatem de veteri et multū coagulum habente. Tertia est ꝙ caseus est grossus. i. grossi humoris generatiuus quod veritatē habet de omni caseo. quia oīs caseus ex grossiori et terrestriori parte lactis fit. Quarta est ꝙ caseus est durus. i. duriciem ventris efficiens. Et ista potest esse eadem cū secūda. Deinde dicit textus ꝙ caseus q̄buis solus sumptus sit insanus: ex quo male digestionis est. vt predictum est. tamē si in modica quantitate misceat pani: cū ipso pane digestibilis fit. alias nō. et istud veritatē habet in corpore sano. in egro aūt non. Et de caseo prius dictum est ibi. Nutrit et impinguat.

Ignari medici me dicunt esse nociuum

Sed tamen ignorant cur nocumenta feram

Languenti stomacho caseus addit opem

Si post sumatur terminat ille dapes

Qui physicam non ignorant hec testificantur.

Man meynt der keß bring nichs wen schaden
Her thut den magñ offte genade
Du solt yn der maltzeit nagñ.
Her deckt die speyß vnd schleüst den magñ.

¶ In hoc passu auctor fingit personā loquentem in specie casei contra dicentes vsum casei esse insanum. Et dicit loquens in persona casei. Ignari medici. id est medicinam ignorantes dicunt me caseum esse nociuum. s. vniuersaliter ignorāt causam cur nature humane nocere dicor. Et post hoc tangit auctor duas vtilitates sumptionis casei. Prima vtilitas est ꝙ caseus confert egrotanti stomacho. Et circa istud est notandum ꝙ nō omnis caseus confert opem omni stomacho languēti. sed in certis casibus omnis caseus nocet. scꝫ stomacho rare texture. et omni stomacho debilitato ex longa egritudine Sed caseus recens et nouus non multe viscositatis opem confert stomacho calido. quia teste Ra. in almā. adustionē ꝛ caliditatē eiꝰ reprimit et stomacho etiā sicco cōfert ꝓpter eius humiditatem. Et talibus stomachis multū nocet caseus antiquus siue multū acutus vel multum coagulum habens. Sed stomacho habenti multa flegmata eius pelliculis adherentia multū cōfert caseus antiquus vel multum coaguli habens. quia talis sui acuitate flegma incidit et abstergit. Sed tali stomacho maxime nocet caseus recens et mollis. Et sic patet ꝙ in aliquo casu caseus semper nocet et in aliquo nō. Et ꝙ aliquando caseus recens prodest et aliquando vetus. Secunda vtilitas est ꝙ caseus sumptus post cibum terminat ipsum quia facit cibum descendere ad illum locum in quo viget digestio. s. ad fundum stomachi. Et istud totum sciunt qui veram scientiam medicine habent. Et de caseo acuto dicit Ra. in almā. Veruntamen cū post cōmestionem parua ex eo gustatur quantitas os stomachi corroborat sacietatem quocꝫ nimiam atcꝫ fastidiū qui ex dulcibus et vnctuosis nutrientibꝰ in ore stomachi proueniunt aufert

¶ De modo commedendi et bibendi.

Vt minus egrotes non inter fercula potes

Ut vites penam de potibus incipe cenam.
Die zech du zwischen malñ lan
Das nachtmal fahe mit trincken an.

¶ Hic ponit duo documenta. quorum primũ est quod inter duas cõmestiones sicut inter prandiũ et cenã debemus pro posse potũ euitare. Et hoc si cibus sumptus in stomacho nondũ fuerit digestus. nisi magna necessitas assit. quia talis potus sumptus impedit et interrũpit digestionẽ cibo primi sumpti. cibum facit indigestum de stomacho descendere. atque appetitũ deijcit circa cibum in cena sumendum et corpus grauat. et ad dispositionẽ in qua homo neque sanus neque eger est inclinat siue ad dispositionẽ prouenientẽ febrem. ¶ Secundum documẽtum quod cena debet incipi a potu. Et aliqui exponũt metrũ istd. Si tu vis vitare penã .i. infirmitatẽ. prius potes in principio cene antequam cõmedas. sed ista expositio nõ valet quia secundum medicos regularius est a cibo cenã incipere quam a potu. Et quibus iste liber directus sit anglicis: ipsi tñ hanc sententiã non obseruant. quia regulariter quacunque hora diei potum sumũt preponunt morsum panis. Ideo aliter potest exponi versus iste accipiẽdo potum pro cibo liquido et facile digestibili. Sicut accepit Hypo. potũ .2. pti. ampho. ibi. facile est repleri potu quam cibo. ita quod sensus istius versus sit quod melius est cenã incipere a potu .i. cibo liquido. et facile digestibili. Cuius ratio est. quia si cibus liquidus et facile digestibilis post sumatur cũ in nocte superueniente fortificetur calor digestiuus cibus liquidus et facile digestibilis longo tempore erit digestus ante grossum. et difficulter digestibilẽ. Et cũ nõ poterit habere exitum propter cibum grossum nondũ digestũ nimis adure tur. vel si exeat grossum secũ rapiet cibum nondũ digestũ plene. Melius est ergo vt iste cibus liquidus et facile digestibilis prius sumatur vt tempore quo digestus sit exitum habeat nullo repugnante.

Inter prandendum sit sepe parumque bibendum
Si sumas ouum. molle sit atque nouum.
Drinck offt vnd wenig ober tisch
Iß keyn ey den weich vnd frisch.

¶ Hic auctor tangit duo documenta. quorum Primũ est quod cõmedens in prandio vel cena debet vicissim cõmedere et bibere multiplicando vices bibitionis. sed pro qualibet vice parũ potus sumere. Et facere nõ debet queadmodũ bruta. que totum cibũ capiunt. et postea bibunt. quia si potus melius cibo permiscetur et cibus exinde redditur remollitus et digestionis capacior. Et circa istud est sciendum quod triplex est potus. s. permixtiuus delatiuus et sitis sedatiuus. Istud aũt quod dictũ est. intelligendum est de potu permixtione ciborũ. Iste eñ potus debet vicissim recipi cũ cibo Et saluo meliori iudicio nõ debet iste potus differri vsque ad finem cõmestionis. nec debet expectari sitis. Et iste potus maxime competit quãdo sumuntur cibaria actualiter sicca vel virtualiter. sicut patet in laborantibus cõmedentibus panẽ siccum Sed potus sitis sedatiuus regulariter et in hominibus bene dispositis debet differre vsque ad finẽ cõmestiõis. tunc eñ est vera sitis propter estuationẽ cibi calidi et sicci. Nõ eñ multũ rationabile est quod simul vrgeat sitis et fames quia sunt appetitus contrariorũ. Et debet iste potus dari secundum plus et minus secundum quod maior vel minor est sitis. Potus vero delatiuus maxime competit completa prima digestione regulariter et parum ante horam suscipiendi alium cibum sequentem. Et talis potus specialiter competit quando cibaria primitus sumpta fuerint grossa in substantia. nec debet expectari sitis ad

E

ratem potum suscipiendū. Nam talis potus preparat stomachum ad suscipiendum cibum sequentem: et iuuat transitum cibi ad epar a stomacho: nec debet talis potus esse magne quantitatis vt cito possit digeri. Ante eius digestionē nō transit ad epar. Et istud verum est nisi talis potus delatiuus fuerit aqua in qua nō oportet expectare digestionem ante penetrationē eius ad epar. Regulariter aūt potus cōueniens delatiuus aut etiā permixtiuus nō debet esse aqua Sed vinū vel aliquid ꝓportionabile vino: puta cereuisia vel cerasiarū vel pomerium vel mellicratū vel aliquod simile e quibus omnibus vinum est melius Sciendū secundo ꝙ quāto cibus est grossior et siccior et frigidior. tanto potus permixtus et delatiuus debet esse maior: et econuerso quanto cibus est calidior subtilior et humidior. tanto potus delatiuus et permixtiuus debet esse minor. Et quanto cibus est grossior et frigidior et digestioni inobedientior: tanto vinū permixtiuū vel delatiuum debet esse subtilius et fortius. Et quāto cibus est subtilior calidior et digestibilior potus debet esse debilior. vel vinū debilius. Unde fortius vinū bibendū est tam cū carnibus bouinis ꝙ̄ pullinis. et fortius bibēdū est cū piscibus ꝙ̄ carnibus regulariter. Secundū documentum est ꝙ sumens ouum debet ipm sumere quando est molle et nouū. cuius causa dicta est supra

¶ Secundum documentū vt supra.

Singula post oua. pocula sume noua

Post pisces nux sit. post carnes caseus assit.

Unica nux prodest. nocet altera. tertia mors est.

Nůß vff fisch: vff eyn ey ein trunck

Nach fleisch ist dir der keße gsunt

Es sein drey nůß: dy ein ist gudt

Dy ander schat die drit der todt.

¶ Hic auctor ponit aliqua documenta. Primū est post sumptionem cuiuslibet oui recentis supple et mollis debemus sumere potum: maxime haustū vini Cuius causa potest esse. quia ouū recens et molle est optimi nutrimenti et facilis digestionis: et est de his que in modica quantitate multū nutriunt et precipue eius vitellus. vt dictū est prius ibi. Oua recentia. Sic ergo vinū quod est amicum nature facit ꝙ ouum auidius ad membra trahit et ad eius penetrationem iuuat. Et causa alia etiā potest esse. q: ouū tarde per mery descēdit. potus ergo vel vinū iuuat eius descensum. Scdm documentū est post cōmestionē piscium debemus sumere nuces loco casei. quia nux sua siccitate impedit generationem flegmatis qd generari solet ex piscibus. et hinc est ꝙ in quadragesima vltimo dantur nuces. Tertiū documentū est quod post cōmestionē carniū debemus sumere caseū et nō nuces: quia nuces nimiū exsiccarēt et caseus nō. sed facit cibum descendere ad fundū stomachi quo viget digestio. Et istud est verū de caseo mediocri inter veterē et nouū. Deinde subdit textus in vltimo versu ꝙ vnica nux. s. nux muscata prodest nature humane et proficua est. q: bonū odorē oris efficit. visum cōfortat. et silr epar. splenē et stomachū. ⁊ maxie os eius ꝫm Aui. ij. ca. c. de nuce muscata. Sed altera. s. nux auellana vel cōis nocet Auellana quidem qm̄ inflatiua est et generatiua ventositatū in ventre inferiori et facit zoda et tarde est digestionis et excitat vomitū: vt habet Aui. ij. ca. c. de ca. Nux vero cōis quia etiam facit zoda et difficilis est digestiōis et mala stomacho et hoc calido ꝓpter eius caliditatē. Sed tertia. s. nux baliste est mors. i. mortē inferens: q: per balistam hoīes interficiuntur. Uel potest istud intelligi de nuce mechel qui ꝫm

Auicennam.ij.canone est venenum stupefactum quare mortifera est.

¶ De Piris.

Adde piro potum.nux est medicina veneno
Fert pira nostra pirus.sine vinp sunt pira virus
Si pira sunt virus.sit maledicta pirus.
Si coquas antidotum pira sunt.sed cruda venenum
Cruda grauant stomachum.relevant pira cocta grauatum
Post pira da potum.post pomum vade fecatum.

Vff die birn thu ein trunck
Nüß sein wider gifft gsunt
Birn an wein seint giffte vol
Kocht man sie-es vorgeht yn wol
Roe beschweren sie den magen
Nach opfeln thu den bauch entladen.

¶ In hoc primo versu auctor dat vnũ documentũ dicẽs ꝙ nos debemus post esum piroꝝ sumere potũ.s.vinũ Cui⁹ cã sufficiẽter dicta ẽ pri⁹.q: pira sunt generatia ventositatis:et de ꝓprietate colicã inducẽtia et sanguinẽ aquositate replẽtia.Et ergo cũ eis debet potari vinũ:et maxĩe forte et calidũ qđ est ventositatũ carminatiuũ et aquositatũ cõsumptiuũ quas inducũt pira. Scđo dicit textus ꝙ nux est medicina veneno.i.remediũ cõtra venenũ:vt prius dictũ est ibi Allea nux ru.Deinde in scđo et tertio versib⁹;innuit ꝙ pira sumpta sine vino sunt venena.i.nature nocẽtia ꝓpter causam dictã in primo versu. Verũ est tñ ꝙ pira non sunt virus.i.venenũ simpl'r.q: si sic cõmestio eoꝝ mortẽ induceret:et pir⁹ ea portans esset maledicta.Deinde in quarto versu auctor innuit ꝙ pira cruda sũt venenũ.i.nocumentũ inferẽtia.q: faciũt ebulitionẽ humorũ.colicã flegmata et scabiẽ·si tñ ipsa coquant̃ sunt antidotũ.i.medicina mõ quo dictũ est supra cũ vino et maxĩe etiã post alios cibos sumpta.q: sic iuuãt ad expulsionẽ fecũ.Deinde in quĩto versu đt ꝙ pira cruda grauãt stomachũ q: ipm impediũt a digestione et inflatiua sunt.s d pira cocta releuãt stomachũ grauatũ.et disponũt ipsum ad suã naturalitatẽ:Et in vltio versu subdit duo·Primũ est ꝙ nos debem⁹ post pirũ sumere potũ ꝓpt cãz pri⁹ dictã·Scđz ẽ ꝙ post esũ pomi debem⁹ ire fecatũ .i.ad secessum.Et ſʒm Aui.ij.cano.c.de pomis.Poma dulcia ⁊ acetosa qñ i stomacho inueniũt humorẽ grossum qñqꝫ deponũt ipm in egestiõe.Rõ tñ text⁹ p̃t esse.quia poma multũ inflatiua sunt ventositatẽ generãtia:que in secessu emittũt

¶ De Cerasis et Prunis.

Cerasa si commedas tibi confert grandia dona
Expurgant stomachum.lapidem nucleus tibi tollit
Et de carne sua sanguis eritqꝫ bonis
Infrigidant laxant multum prosunt tibi pruna.

Der kerschen schaln den magen fegt
Der kern des steynes wetag legt.
Der safft macht dyr eyn gut geplůet
Die drey gehñ auß der kirschen gůet
Die pflaumen machen weich ym leib
Vnd kůln als man von yn schreibt.

¶ Hic primo ponunt tria cõmoda ex vsu cerasorũ prouenientia. Primum est ꝙ cerasa expurgãt stomachũ. Et istud ẜm quosdã verum est qñ simul cũ eis nuclei teruntur, quia simul habent quandã vim abstersiuã ac mundificatiuã. Secundum est ꝙ nucleus cerasorũ. i. arillus habet virtutẽ frangẽdi lapidẽ renum vel vesice si siccus sumat vel ex eo fiat lac. Tertiũ est ꝙ caro cerasorũ est generatiua optimi sanguinis et confortans ac impinguãs. Et istud experimentũ cõprobatur quia videmus passeres qui sunt aues multũ cõmedentes cerasa ꝙ tpe cerasorum habent epata multum maiora ꝗ̃ alio tpe. signũ igitur est ꝙ magnificant epar et cõfortãt. Circa istud est notandũ ꝙ duplicia sunt cerasa. s. grossa et parua. Grossa aũt adhuc duplicia. s. dulcia et pontica. Omnia dulcia et parua sunt insana de facili corruptibilia ac in corporibus facientia vermes: Grossa pontica dicuntur cina. Et illa sunt adhuc duplicia. quedam sunt rubea et mollis carnis Et talia debent recentia cõmedi et in principio mense. et habent vim abstersiuam stomachi: atq; appetitũ incitandi: alia sunt cina nigra et grossa satis dure carnis: et inter cetera maxime pontica. Et ista debent cõmedi in fine prandij siue cene. Cuius causa est. quia ista sua ponticitate quando in fine mense sumuntur claudunt orificium stomachi: quo clauso digestio melior ac velocior fit.

¶ Secundo ponũtur due vtilitates prouenientes ex esu prunorũ. Prima est ꝙ pruna infrigidant corpus. Et ideo portagalenses in calida regione existentes in decoctione suarũ carniũ semper cõmiscent pruna et maxie Damascena. Secunda est ꝙ pruna laxant ventrẽ. Et hoc est ꝓpter eorũ humiditatẽ et viscositatem ẜm Ga. z. ali. Et istud est verũ de prunis maturis. In crudis eñi que non sunt matura est stipticitas: et eorũ nutrimentũ est paucũ. vt dicit Aui. z. ca. c. de eis. Et ista scda vtilitas licet etiã multũ conueniat prunis damascenis. sicut est prima maxime tñ cõuenit prunis armenis. i. deportatis ex terra armenia: quia meliora sunt omnibus ꝛ vehementius soluẽtia ẜm Aui. loco palle. Et pro maiori declaratione istarũ vtilitatũ sciendũ est ꝙ pruna matura sunt vsu et nõ immatura. Pruna aũt magis nature cõuenientia sunt illa que sunt figure oblonge habentis carnẽ paucã et durã ad aliqualẽ siccitatẽ declinantia. et corticẽ exteriorẽ tenuẽ: et debent esse in sapore nõ vere dulcedinis: sed debet esse eorũ dulcedo attinens alicui acredini et hmoi sunt pruna damascena. talia eñi pruna infrigidãt vt dictũ est. Sũt aũt multe alie maneries prunoꝝ q̃ꝝ vsus nõ est approbãdus Sunt etiã quedã prunella siluestria parua: que crescũt in siluis et nõ sunt laxatiua. sed ventris restrictiua: et ex his fit aqua que ventris restrictionẽ facit. Debent aũt pruna que sumunt ꝓpter ventris laxationẽ primo poni i aqua frigida. tunc eñi perfectius infrigidant et humectãt. et colerã quã inueniunt lubricando soluunt. et sic stomachus melius disponitur ad cibũ recipiendũ. Et est diligenter notandum ꝙ pruna humida recentia sunt magis alteratiua ꝗ̃uis sint peioris nutrimẽti et plurium superfluitatũ: sed pruna sicca magis confortant: et melius nutrimentũ dant corpori. Et sicut dictum est de prunis: sic suo modo intelligatur de cerusis. Uerum tamen est cerusorum humiditas est subtilior et minus viscosa. vnde minus nutriunt ꝗ̃ pruna.

Persica cum musto vobis datur ordine iusto
Sumere sic est mos nucibus socianda racemos
Passula non spleni tussi valet est bona reni.

Pfirssen so man sie ist mit most
Wyinber vnd nüß seint gutte kost
Zu husten vnd miltz Rosin sein böß
Vnd machñ die nirn von vnflat loß.

¶ In hoc passu tria ponunt documēta. Primū est q mustū est bibendū cū persicis: vel persica cōmedēda sunt cū musto. Causa prime partis est. Quia mustū est multū calefactiuū et ebulitionē faciens in corpore nostro. hanc aūt ebulitionem et calefactionem prohibēt persica sua frigiditate. Causa secunde partis est Quia persica sunt multum frigida et corpus multum infrigidantia. ergo super omnia debet bibi illud vinū quod plus calefacit. Illud autem est mustū quod scitur experientia. Et de ordine cōmedendi persica: multis et aliis dictū est prius ibi. Persica poma pira. Scdm documentū est q racemi debent cōmedi qñ cōmeduntur nuces et maxime antique et sicce. Recentes em̄ nuces sane sunt per se Sed antique sicce: nimiū exiccant: et pter eor vnctuositatē defacili inflammationē in corpore inducūt. quare cū eis cōmedi debent racemi qui resistūt inflammationi et exiccationi cū humectēt. Et de nucibus ample dictum est ibi. Allea nux ruta. Tertiū documentū q passula. i. vua passa nocet splenī Quia inducit opilationē eius Sed vua passa vtilis est renibus Quia ex quo ipa est vrine prouocatiua. ipsa est lauatiua renum: Ex multa em̄ aquositate ad renes ducta ipsi renes mundificantur. Et de vuis passis siue passulis etiam dictum est supra ibi. Nutrit et impinguat.

¶ De Ficubus.

Scrofa tumor glandes ficus carthaplasmate cedit.
Junge papauer ei confracta foris tenet ossa
Pediculos veneremq facit sed cuilibet obstat

Des kropffs der schwulst vnd heydruß groß
Macht dich von feygñ ein pflaster loß
Ist gestossen man dar bey
Gebrochen gepeyn ein ertzeney
Leuß vnd vnkeusch macht die feyg
Es ist zu widerstehen leicht.

¶ Hic primo ponunt due vtilitates prouenietes ex emplastratione ficuū. Prima est q ficus decocte in aliquo liquore vcz in aqua. Et tunc supposite cū humiditate curant istas tres egritudines scz scrofulas glandes et tumores. Per scrofulas intelligunt inflationes sub mento circa collū. Et dicit scrofula a scroffa. qd idē est qd sus siue porca. Uel q ista egritudo multū accidit porcis pter gulositatē eor. vel q eius figura sm plurimū assimilat porcis vt vult Aui. i. 4. trac. 2. c. de scroffulis. Per glandes vo intelligunt apostemata que cōiter solēt accidere sub ascellis et inguinib9. Et per tumores pñt intelligi inflatiōes i qualibet

parte corporis. Unde pro istis apostematibus curandis et maxie maturandis debet decoqui ficus in aqua: et ipsi aque debet cōmisceri modicū aceti vt acetū iuuet penetrationē virtutis ficus. Et decoctione facta debent teri in mortario. et deinde misceri cū modica aqua cū qua bulite sunt. Unde cathaplasma ꝓprie est medicina facta ex aliqua re et succo eius. Juxta illud metrū Tunc cathaplasma facis cū succum ponis et herbā. Secunda vtilitas est ꝙ ficus cū papauere cathaplasmate retinēt ossa fracta: et debēt decoqui insił cum aqua absqꝫ appositione aceti: et debent simul teri: et addi eis aqua decoctionis eaꝝ et tūc superponi. Et causa istius potest esse. Quia papauer est stupefactiuū: et per illud tollitur dolor qui accidere solet in fractione ossium et prouocat somnū. ficus siłr facit moueri humiditates ad exteriora: quibus humiditatibus ad ossa motis. ossa possunt retinere ad nascentiā nunqꝫ tñ vere cōtinuari. Aliqui tñ textus habent loco tenet trahit. et tūc sensus est melior. Unde papauer est triplex .s. albū nigrum et rubeū. Rubeū aūt est siluestre et venenosum et crescit in bladis: et iuuenes solent terere flores et facere incaustum ex ipsis floribus. ¶ Secundo ponuntur due male operatiōes ficuū Prima est ꝙ ex cōmestione ficuū sequiᷓ multitudo pediculorū in corporibus humanis. Et istud maxie veritatē habet de ficubus siccis vt dicit Aui. ij. cano. c. de ficubus: Et causa ſm eum ibi. est ꝓpter malitiā et corruptionē humoris generati ex eis. Et alia causa etiā potest esse. qꝛ ficus prouocāt multum sudorē. ex quo sequiᷓ generatio pediculorū. Scđa operatio est ꝙ ficus incitant appetitū coeundi. Quia generant ventositatē q̄ iuuat ad executionē virge. Et siłr sunt multarū superfluitatū et sperma augmētantes

¶ De Esculis.

Multiplicant mictum ventrem dant escula strictum

Escula dura bona sed mollia sunt meliora.

Es stopfft den leib/ macht blosen ler

Hart mispel sehr/ dy weich vil mehr

¶ Hic ponunᷓ due vtilitates esculorū. Primū est ꝙ multiplicāt mictū siue vrinā Cuius causa potest esse. Quia indurāt feces. et sic aquositas fecū est causa multitudis vrine. Uel potest sumi causa siłis illi que sumiᷓ ex illo amphorismo. Urina nocturna multū facta. modicū secessum significat in die: et econuerso: qui multas habuit cameras nocturnas demane habet paucā vrinam. Cuius causa est. Quia si multa fiat digestio multū de humiditate que transire deberet ad vesicā simul cū ea exit. Et si vrina fiat multa. multū de humiditatibus qui transire deberent cū egestione et eam magnificare cū vrina euacuanᷓ. Scđa vtilitas est ꝙ escula constipant ventrē. et istud accidit ꝓpter eoꝝ ponticitatē et stipticitatem. Ex quo infert textus ꝙ escula dura sunt bona. Et hoc qꝛ constringunt ventrē. et ergo prosunt ventri nimiū laxato. sed mollia escula sunt meliora duris. Quia nutriunt et minus ventrē cōstipant. Et circa istud est sciendū ꝙ escula minus competunt nutrimēto qꝫ poma pira persica ficus et siłia. qđ satis ostendit austeritas saporis eoꝝ et durities subē eoꝝ postqꝫ in arbore maturata sunt: et ꝙ ex his parū debet cōmedi. et magis recipi debēt via medicine qꝫ cibi. Et qꝛ virtꝰ eoꝝ est stiptica valde satis cōpetunt in fluxu ventris. Et qꝛ escula in arbore nō mollescunt mollicie sufficiente ad esum. Ideo anteqꝫ cōmedanᷓ remollianᷓ: et tunc sunt magis delectabilia gustui et minus stiptica.

¶ De Musto.

Prouocat vrinam mustum cito soluit et inflat.

Etzlich most reitzt an den harm
Eroffent vnd blest auff den darm.

¶ Hic ponunt ꝓprietates tres musti. Quarū prima est ꝙ mustū prouocat vrinā Cui⁹ causa est. Quia in musto sunt partes terrestres nitrose mordicātes vesicā cū ad eam veniūt. et ꝓpter eaꝝ mordicationē vesica cicius nitit̄ eas expellere ꝛ ipm mustū. Et ista ꝓprietas intelligēda de mustis habētib⁹ feces mordicātes sicut musta plurima renensia. Quia musta habētia feces grossas nō mordicantes sed magis opilātes impediūt vrinā sicut prius dictū est ibi. Impedit vrinā Scda est ꝙ mustū cito soluit vel laxat ventrē ꝓpt eandē causam dictā in pria ꝓprietate. Tertia ē ꝙ est inflatiuū ꝓpt ebulitionē quā facit i corpore ex q̄ ꝓueniūt vētositates Et cause istaꝝ duaꝝ ꝓprietatū dicte sūt pri⁹ ibi Impedit vrinā

¶ De Cereuisia.

Grossos humores nutrit cereuisia vires.
Prestat. et augmentat carnem. generatq; cruorem.
Prouocat vrinam. ventrem quoq; mollit et inflat.
Infrigidat modicum. sed plus desiccat acetum
Infrigidat macerat. melanc. dat sperma minorat
Siccos infestat neruos et pinguia siccat.

Das byr gibt grober feuchte vil
Sterckt blut vnd mert fleisch an tzil
Es lert dy blaßen vnd weicht den bauch
Es kült eyn wenig vnd blest auch auff
Der essig kült vnn treugt, macht mager
Gibt schwer geblüt, vnd schat den hagern
Der menlich sam von essig schwint
Das geeder letzt, die feist benimpt.

¶ In hoc textu auctor duo facit. Primo ponit octo ꝓprietates cereuisie: Quarū prima est ꝙ cereuisia facit in corpore nostro grossos hūores. Et istud maxīe habet veritatē respectu vini: et diuersificat̄ cereuisia in generādo grossos humores ex parte suoꝝ cōponentiū. Nam cereuisia ex grossiori subā grossiores humores generat et ex minus grossa minus grossos. Scda est ꝙ cereuisia augmētat vires: Et istud est intelligendū de cereuisia ex optimis granis cōposita q̄ pluriē decoctiōis est. cuiusmōi est cereuisia ostiēsis. Ista eīn multū nutritia est: et q̄ vires augmētat. Tertia ē ꝙ augmētat carnē. Et istud prouenit ꝓpt multā ei⁹ nutritionē. Quarta est ꝙ multiplicat sanguinē eadē de causa. Et iste tres vltie proprietates hn̄t veritatē de cereuisia antiqua multū decocta et de optis granis cōposita. Quīta ē ꝙ ꝓuocat vrinā. Sexta ē ꝙ laxat ventrē. Et iste due ꝓprietates maxīe hn̄t veritatē de cereuisia clara multū lupulēta. i. in q̄ plurimū lupuli imponit̄. cuiusmōi est cereuisia hamburgēsis q̄ prouocat vrinā et laxat ꝓpt lupulū. Ipsa tñ nō valet debilia cerebra hn̄tib⁹. q: tales defacili inebriant̄ ꝓpter multitudinē lupuli. Septima est ꝙ inflat ventrem. Et istud habet veritatē de

cereuisia modica decoctione cocta:cuiusmodi est coyta hollandie que maxime inflat et opilat.et ꝑterea plurimū impinguat. Octaua est ꝙ cereuisia modicū infrigidat.cuiusmodi est cereuisia hollandie brabantie hannonie et flandrie. et illa que cōīs hō vtit. Et ista ꝓprietas maxīe veritatē habet respectu vini. Et circa istud est sciēdū ꝙ cereuisia potest fieri ex auena et ordeo ⁊ ex frumēto. Et ſm ꝙ fit ex alio et alio grano est alterius et alteri⁹ cōplexionis.que eñ fit ex ordeo plus attinet frigiditati.q2 ordeū est frigidū. Que aūt fit ex ordeo et auena min⁹ opilat et minus generat ventositates et min⁹ nutrit. Et que fit ex frumēto plus attinet caliditati et magis nutrit et magis opilat. Et quanto cereuisia est grossior tanto est deterior.et quāto subtilior tanto melior. Et vlterius est sciendū ꝙ pessima cereuisia est que fit ex rebus inebriātibus.puta ex grano qđ noīatur lolium. Et q2 ista maxime dolorē capitis generat et neruos ledit. Deinde ponit textus quinqꝫ ꝓprietates aceti.quarū Prima est ꝙ acetū exiccat. Dicit eñ Aui. de eo.2.ca.ꝙ est fortis exiccatiōis. Et ꝑterea medici precipiūt tempore pestis vti aceto cū cibo et silr cū potu. Dicit eñ Aui.in.1.c.viij.doc.5. Aceto ꝑterea in cibo et potu vti in pestilētia est nocumēti ipsius securatio. Scđa est ꝙ acetum infrigidat ꝓprietate que in eo est. Tertia est ꝙ macerat id est facit hoīem macrum. Et ratio est quia exiccat ⁊ istud maxīe verum est de aceto in ieiuno stomacho sumpto.vt vult Aui.in.1.doc.4.c.5.de extenuatione crassi. Uerum est tñ ꝙ assiduus vsus aceti maxime in ieiunio multa inducit incōmoda.visum debilitat pectus offendit.tussim cōmouet.stomachū et epar ledit.neruos ⁊ iuncturas vehementer opprimit.has arteticis doloribus tremoribus.et paralisibus vexans Quarta est ꝙ acetū generat melancoliam eo ꝙ humores infrigidat et exiccat. Quinta est ꝙ acetum minorat sperma ꝑterea q2 exiccat.infrigidat.et macerat Et istas ꝓprietates aceti ponit Raſ.in almā.dicēs. Acetum frigidum est et siccum. Et ꝙ maciem efficit et vires destruit.sperma quoqꝫ minuit ⁊ colerā corrobórat nigrā.rubeam vero colerā et sanguinē debilitat.ciboſqꝫ quibus admiscet subtiliat. Deinde in vltimo versu autor subdit tria. Primū est ꝙ acetum nocet macris. Et ratio est. Quia acetum exiccat et sic addit in macredine. Simile eñ additum suo simili facit ipsum furere. Et etiam omnis complexio lapsa per contrarium medicatur. Et per simile deterioratur. Secundum est ꝙ acetum nocet neruis.vt dicit Auicenna secūdo canone capitulo de eo. Tertium est ꝙ acetum macerat vt dictum est.

¶ De Rapa.

Rapa iuuat stomachum.nouit producere ventum.
Prouocat vrinam.faciet quoqꝫ dente ruinam
Si male cocta datur hinc torsio tunc generatur.
Die rübẽ sinth dem magen leicht
Dar von der wint ym leib entweicht
Der harm dartzu die tzen faln̄ auß
Sindts vbelgkocht kompt grymmen drauß.

¶ In hoc passu ponunt primo tres vtilitates rape ꝑ͞ate cocte.et vnū eius nocumentū. Prima vtilitas est.ꝙ rapa iuuat stomachū.quia bene digerit a stomacho.nec ipse ea grauat. Scđa est ꝙ rapa est prouocatiua venti qđ ptꝫ experimento. Tertia est ꝙ rapa est prouocatiua vrine. Preter tamen istas proprietas

tus vult Auer. q̄ magnā habet ꝓprietatē i cōfortādo visum. Nocumentū vero raparū est q̄ assiduatio raparū nocet dentibus: In vltimo aūt versu subditur q̄ rapa male cocta tortiones facit in corpore quia multiplicat ventositates Juxta illud Uentū sepe rapis si tu vis viuere rapis. Et est sciēdū q̄ caude raparū fortiter ventrem laxant. Pro maiori noticia sciendū est q̄ rape inter radices magis cōueniunt ad corporis nutritionē. quod satis ostenditur ex amicabilitate sui saporis. Nec eīn cōplexio est omnibus edulijs q̄ amara et pungitiua minus alimentū dant corpori et dulcia magis. quia ergo rape radicibus alijs sunt dulciores et minus pungitiue. magis cōpetunt via cibi. sed generāt sanguinē grossum et melancolicū si digestiua sit debilis. Et bonū est q̄ depurent a prima aqua. et nullo modo debent commedi crude. et incitant ad coitum. et vias mundificant vrinales.

¶ De Cordibus animalium.

Egeritur tarde cor. digeritur quoq̄ dure
Similiter stomachus melior sit in extremitates
Reddit lingua bonum nutrimentum medicine.
Digeritur facile pulmo cito labitur ipse
Est melius cerebrum gallinarum reliquorum.

Die hertz seyn nicht tzu dawen gut
Der mag des gleich ym mittel thut
Die tzung vnd lung myr wol gefelt
Der hůnner hyrn ist außerwelt.

¶ In isto passu notant quinq̄. Primū est q̄ cor aīaliū cōmestū tarde digerit: et tarde etiā egerit. Et ratio est. quia caro cordis est caro melancolica que difficulter digerit et tarde descēdit. Et nō est caro bona s̄m Aui. z. ca. c. de carne. et nō multū nutrit vt dicit Ra. in almā. Scōm est q̄ stomachus sit'r est male digestionis et tarde descensionis. Cuius ratio est. quia stomachus est membrū neruosum cartilaginosum. quare difficile digerit Et ergo nō generat bonū sanguinem Deinde subdit textus q̄ stomachus in eius extremitatibus scȝ quo ad eius fundum et orificiū melius digerit. Cuius ratio est. quia in illis partibus magis carnosus est et magis pinguis: Tertiū est q̄ lingua est boni nutrimēti. Et hoc quo ad eius radicē: vt vult Aui. z cano. c. de carne. Et rō est. quia est facilis digestionis et carnosa. Et inter reliquas linguas porcelli. que ablata eius pelle equiparatur carni apri. vt sciunt scindentes ante principes Lingua tñ bouis nō est multum sana ꝓpter eius nimiā humiditatē. Leccatores tñ linguis vti volentes ante carū assationē imponūt garofolos: quibus humiditas linguarū minuitur. ⁊ sic aptiores sunt esui. Quartū est q̄ pulmo facile digerit et facile egerit. Et istud est ꝓpter eius raritatē et mollitiem. Uerum est tamen q̄ eius nutrimentū non est cōueniens nature humane: quia paruū est et flegmaticū. vt dicit Aui. z. can. c. de eo. Et circa istud est sciendum q̄ pulmo arietis q̄uis nō sit bonus cibus. est tñ bona medicina. quia sanat excoriationē calcanei ex calciamento: si ponat super ipsam calidus. vt dicit Aui. loco palle. Quintū est q̄ cerebrū galline inter omnia cerebra est melius. de quo dicit Aui. z. canone. q̄ prohibet fluxum sanguinis narium. Debet tamen cum sale aut cum speciebus commedi: quia de se vomitum prouocat. Et circa istud sciendum est q̄ de cerebro pullorum dicunt

medici q augmētat memoriā: Cerebra vero porcor nature nō sunt cōuenientia sed cerebrū ouis leporis vel cuniculi cū sale vel speciebus cōmedi potest. et cerebro amplius dictum est ibi. Nutrit et impinguat.

¶ De semine feniculi.

Semen feniculi fugat et spiracula culi.

Des fenchel samen treibt vnd yagt
Die genge des hinderteils mit macht.

¶ Hic ponit vnū documentū: et est q semen feniculi qđ dicit maratrū: expellit ventositates aut eas dissoluit. Et est rō quia est calidū et siccū et carminatiuum Et circa istud est sciendū q a cōibus quatuor tangunt vtilitates prouenientes ex esu maratri siue seminis feniculi. Prima est q confert febribus. scđa est q pellit venenū. tertia est q mundificat stomachū. quarta est q acuit visum. Et de isto solent dari isti versus cōes. Bis duo dant maratrū febres fugat atq venenum. Et purgat stomachū lumē quoq reddit acutū. Et istas quatuor vtilitates tangit etiā Aui. ij. ca. loquēs de feniculo. Et circa quartā vtilitatē nota q Aui. loco pal. de semine finiculi dicit Democritus existimauit q venenosi vermes pascūt feniculi recentis semen vt cor visus cōfortet. vt vipere et serpētes fricāt oculos suos cū egrediunt de cauernis suis post hyemē super ipm vt illuminent oculi cor. Sciendū vlterius q feniculus tarde digerit male nutrit et parū. et ergo nō cōpetit via cibi: sed magis via medicine. Non igit vtendū est eo in regimine sanitatis nisi ad correctionē malitie quorundā aliorū ciborū sicut interdū cū lactuca cōmedimus petrosilinū ad resistendum frigiditati et humiditati lactuce. sic etiam cum cucurbitis potest decoqui feniculus. et similiter cum rapis ad corrigendum malitiam earum.

¶ De Aniso.

Emendat visum stomachum confortat anisum.
Copia dulcoris anisi sit melioris.

Das gesicht vnd magñ der Aniß sterckt
Jo süsser yo bessern nutz her wirckt.

¶ Hic ponunt due vtilitates anisi: quarū Prima est q anisum cōfortat visum. Secunda est q anisum cōfortat stomachū. Cuius causa est: quia anisum mundat stomachū a flegmatibus. et ipsum calefacit. et ꝓpterea etiā cōfert visui. quia nihil est quod visui magis noceat q immundicia stomachi: quia a stomacho immundo eleuant fumi immundi qui oculis nocent perturbando spiritus visiuos. et ista duo iuuamenta facit anisum dulce. Et preter istas vtilitates Aui. ij. ca. c. de aniso plures alias vtilitates anisi ponit: Vult enim ibi q anisum est aperitiuū. dolor sedatiuū. et ventositatū resolutiuū: sedatiuū sitis. cause ex humiditatibus salsis aperitiuū et opilationū epatis et splenis generatarū ex humiditatibus. Et similiter renum vesice et matricis prouocatiuum vrine et menstruor. et mundat matricē a fluxu humiditatū albar et est motiuū coitus.

¶ De Spodio.

Si cruor emanat spodium sumptum cito sanat.

Helfenbeyn gprant vorstelt
Das blut / das des keyn tropff mher felt.

¶ Hic ponit vnum iuuamentū spodij. Et est q spodiū sanat fluxum sanguinis. Cuius causa potest esse. quia spodiū habet virtutē ꝓpriā confortādi epar. et sic fortificato epate qd est fons et origo sanguinis. sanguis ab eo melius retinetur Et dicit aui. ij. ca. c. de spodio. q spodiū est radices cannarū aduste. Dicit eñ q ipse aduruntur ꝓpter fricationē suarū extremitatū cū ventus eas perflat. Simon tñ Januensis dicit q spodiū est res cuius origo nos latet. res tñ adusta videtur et diuisiones cannarū adustarū. Et nedum spodiū confert in nimio fluxu sanguinis: immo etiā in nimio fluxu ventris et vomitu. vt dicit Rasis. in almā. Et cōfert etiā in febribus acutis. confortat cor et tremori eius. et sincopi facte ex effusione colere ad stomachū auxiliatur vt vult Aui. loco pal. Et est sciendū circa predicta q sicut spodiū habet respectū ad epar et ꝓprietatē cōfortandi ipsum. ita sūt alique medicine. que habēt similē aspectū et similem ꝓprietatē confortandi aliqua alia membra specialia. sicut macis cor muscus cerebrū. liquiritia pulmonē. capperes splenem. et galanga stomachum. vt patet in his versibus. Gaudet epar spodio. mace cor cerebrū quoqȝ musco. Pulmo liquiritia. splen. capperes. stomachusqȝ galanga.

¶ De Sale.

Vas condimenti preponi debet edenti
Sal virus refugat. et non sapidumqȝ saporat
Nam sapit esca male que datur absqȝ sale
Vrunt per salsa visum. et sperma minorant.
Et generant scabiem pruritum siue rigorem.
Das saltzfas stets zu tische trag
Es dempfft die gifft: gibt gutten gschmagk
Den augen schat vorsaltzen ding
Den samen schwecht vnd mhert den grindt.

¶ In hoc textu tria fiunt. Primo ponitur vnum documentū generale quod obseruatur apud omnes. Et est q vas condimenti scȝ salis quod cōmuni nomine salmū dicitur debet preponi in mensa ipsi edenti Juxta illud cōmune metrū. Sal primo poni debet primoqȝ reponi. Omnis mensa male ponitur absqȝ sale. Scdo tanguntur duo iuuamenta salis. Primum est q sal resistit veneno Cuius duplex potest esse causa. vna est. quia sal exsiccatiuū est. et sic sua siccitate exsiccat humiditates ex quibus potest sequi corruptio. Alia causa est: quia sal exsiccat et comprimit humiditates a corpore extrahēdo. et sic claudit poros: et perconsequēs prohibet penetrationem veneni que fieri deberet per poros. Secundum iuuamentum salis est: q sal inducit saporē in cibarijs: Nam cōmuniter videmus ad sensum q nulla cibaria sapiūt sine cōmixtione salis: vt dicit tertius versus. Tertio ponuntur quatuor nocumēta salis siue cibariorum valde salsorum. Primum est q cibaria valde salsa vrunt visum: id est deperdunt visum vel nocēt visui. Cuius causa potest esse duplex Prima est: quia res nimium salse inducunt nimiā siccitatē: que est cōtraria oculis: que sunt instrumēta visus. cū oculi sint de natura aque: vt dicitur in sensu et sensato. Secunda causa est. quia cibaria multū salsa sunt pruritiua et mordicatiua: modo vt superius dictū est: a cibarijs mordicatiuis in stomacho exñtib9 eleuantur fumi mordificatiui. q sui mordicatiōe oculis nocēt: ac ipsos multū rubificāt. Et ꝑ videm9 q bulliētes sal rubeos cōmunis

ter habēt oculos. Secundū nocumentū est q cibaria multū salsa minorāt sperma. Et ratio est. quia cibaria multū salsa multū exsiccant oēs humiditates corporis. quare etiā sperma exsiccat et sic minorat. Tertiū nocumentū est. q generant scabiē Cui⁹ ratio est. quia sal generat humorē acutū mordicatiuū adustū qui etiā est causa scabiei. Quartū nocumentum q augent pruritū Et ratio est. quia generant humorē mordicatiuū et pruritiuū. Et ista quatuor nocumenta cōmemorat Ra. in almā. de sale dicens Eorum preterea sanguinē qui multam ex eo sumpserint quantitatē adurit. visum quoq debilitat atq minuit sperma et generat pruritū et scabiē. Et preter ista nocumenta per salsa idem multū salsa inducūt serpigines et impetigines. morpheam. leprā in dispositis. et vias vrine excoriant cū diu continuātur. Moderate tamen salsa fastidiū auferunt et appetitum excitant atq acuunt.

¶ De Saporibus.

Hi feruore vigent tres. salsus. amarus. acutus
Alget acetosus sic stipans ponticus atq
Vnctus et insipidus dulcis dant temperamentum.

Der schmag hat yn sich neun gestalt
Die ersten drey heyß: die andern kalt
Die letzten drey das mittel haben
Die neun thun vnser zungen labñ.

¶ In hoc textu ponunt qualitates cuiuslibet saporis. Et primo dicit q isti tres sapores. s. salsus. amarus et acutus calefaciūt corpus sumētis ipsos. Secundo dicit q isti tres sapores. s. acetosus. stiptic⁹ et ponticus infrigidāt. Tertio dicit q isti tres sapores. s. vnctuosus insipidus et dulcis sunt tpati. nec inducūt in corpore caliditatē aut frigiditatē. Et pro intellectu ampliori sciēdū est q sm Aui. z. ca. trac. i. c. 3. octo sunt veri sapores qui sequnt insipidū. Et sūt dulcedo amaritudo. acuitas. salsedo. acetositas. ponticitas. stipticitas. et vnctuositas. Enumerando tñ insipiditatē pro sapore sicut textus facit hic. tūc sunt nouē sapores Et capit hic sapor pro oī eo qd gustu iudicat. Et inter istos sapores tres sūt calidi vt dicit textus sc3 salsus amarus et acutus. Et sm Aui. loco pal. Acutū est calidius. deinde amarū. et deinde salsum. qm acutū est fortius ad resoluendum incidendū et abstergendū q amarū. et inde salsum est sicut amarū confractum cum humiditate frigidia Et tres de istis saporibus sunt frigidi. s. acetosus stipans id est stipticus et ponticus. Ponticus tamen ceteris frigidior deinde stipticus. Et postea acetosus. Et propter istud in omnibus fructibus qui dulcescunt prius est ponticitas vehementis infrigidationis. deinde postq per calorē solis digestiuū aliquo mō digesti sunt fructus apparet in eis stipticitas. et deinde declināt ad acetositatē sicut agresta: et postea dulcescūt. Et licet acetosum sit minus frigidū q stipticū. tñ pter sui subtilitatē et penetrationē in plurib⁹ est maioris infrigidationis. Et sm Aui. loco pal. ponticū et stipticū sunt in sapore ppinqua. sed stipticū nō cōtrahit linguā nisi quo ad superficiem apparentē. sed ponticū cōtrahit et exasperat qd apparet in lingua. s. superficiē. et occultū. s. interiora eius. Et tres de istis saporibus sunt tpati. i. nō excedentis caliditatis vel frigiditatis. sicut dulcis. vnctuosus. et insipidus. Licet em̄ dulce sit calidū cū in eo nō apparet fortitudo caliditatis sicut dicit Ra. in almā. Et est sciendū vlterius q vnicuiq sapori pprie debentur operationes vt volunt Aui. et Ra. locis preallegatis. Operationes enim dulcis sm Aui. sunt digestio et lenificatio et

multiplicatio nutrimēti: et natura diligit ipm: et virtus attractiua attrahit ipm
Et fm Ra. Dulce ē generatiuū multe colere rubee et opilationū in epate et sple
ne et flegmonis: pcipue si predicta membra ad hoc fuerit apparata. Et ventris
fluxus ex ipso sequit et mollificat stomachū z cōfert pectori et pulmoni: corpus
impinguat et augmentū spermatis tribuit. Operatiões vo amari fm Aui. sunt
abstersio et expiratio. Et fm Ra. amarū calefacit et desiccat fortiter cito san-
guinē ad adustionē et maliciā perducit colerā q3 rubeā et sanguinē augmētat.
Operatio vo pōtici fm Aui. est cōtractio: si ponticitas sit debilis: aut expressio
si sit fort3. Et fm Ra. ponticū corpus infrigidat et desiccat. carnis et sanguinis
minorationē facit. si multotiens aliquis ea vtat. stomachū q3 cōfortat. et frequē
ter ventrē cōstringit. et sanguinē generat melancolicū. Operationes vo stiptici
fm Aui. sunt contractio. inspissatio. induratio et retentio. et fm Ra. Operatio-
nes eius sūt sicut pontici licet debiliores. q2 ipse videt cōprehēdere stipticū sub
pontico. q2 de stiptico nihil dicit expresse. Opatiōes vero vnctuositat3 fm Aui.
sunt lenificatio lubrificatio et coctio. i. digestio parua. et fm Ra. vnctuosum sto
machum mollificat et ventris facit fluxum: et sacietatē antecꝫ homo sibi quanti
tatē sibi necessariā assumat adducit et calefacit. maxīe tū febricitantes et hn̄tes
epar et stomachū calidū. Corpus etiā humectat et lenit. flegma vero auget. et
cognitionē ebetē reddit z auget somnū. Operatiōes vo acuti sunt resolutio inci
sio et putrefactio fm Aui. Et fm Ra. acutū calorē auget et corpus cito inflam-
mat et sanguinē adurit et ipm prius in colerā rubeā mutat. et postea in nigrā
Operatiōes salsi fm Aui. sunt abstersio ablutio exsiccatio. et prohibitio putre-
factionis. Et fm Ra. dicte sunt in textu. immediate pcedēti. Operatiōes vo ace
tose sunt fm Aui. infrigidatio et incisio. Et fm Ra. acetosum colerā rubeā et san
guinē reprimit et ventrē stringit si stomachus et intestina munda fuerit. Si aūt
flegmatis in eis fuerit multitudo ventris facit fluxum et corpus infrigidat. vir-
tutē q3 digestiuā debilitat et ꝓprie in epate. Neruis vo et neruosis membris no
cumentū affert et corpus desiccat. virtutē aūt appetitiuā excitat. De operationi
bus vo insipidi dt Ra. q aliqd est insipidū qd mag3 nutrit: sc3 qd equalitati ma
gis vicinū est. Aliud est qd tpate calefacit. et aliud quod tpate infrigidat. Et si
cū ipso fuerit multa humiditas humectabit. si vo siccū fuerit desiccabit.

¶ De Vippa.

Bis duo vippa facit. mundat dentes. dat acutum
Visum. quod minus est implet. minuit quod abundat.
Die tzen eyn weinsup reynigen soll.
Si scherffet die augen vnd dewet wol.

¶ Hic ponunt quatuor iuuamēta vippe. Primū est q vippa mundat dentes.
Cuius causa est: q2 ꝓpter panē diutius inherentē dentibus q̄ꝫ vinum solum sine
pane. limositas illa dentibus adherēs a qua dentes luridi dicunt. a vino melius cōsumit et abstergit. Scdm est q acuit visum. q2 prohibet malos fumos ad
cerebrū ascēdere qui offuscarēt spūs visiuos per eorum immixtionē Et istud facit ex eo. q2 digerit materias malas in stomacho existētes. Tertiū est q minus
digestū facit digeri. q2 facit clausionē orificij stomachi et cōfortat digestionem.
Quartū est q superflue digestū ad medium reducitur. et totum istud maxime
veritatem habet de vippa panis cum vino. dummodo panis primo assatus sit
aut supra prunas exsiccatus.

¶ De assueta dieta.

Omnibus assuetam iubeo seruare dietam
Approbo sic esse. nisi sit mutare necesse
Est Ipocras testis. quoniam sequitur mala pestis.
Fortior est metha medicine certa dieta
Quam si non curas. fatue regis et male curas.

Was vnd wy du essen pflegst
Vorander nicht vnd wiß dar negst
Das die vorandrung krangheit brengt
Doch wirt der nott offt nachgehengt.

¶ Hic ponunt aliqua documenta: quorum. Primū est ꝙ omnibus bonū est serua-
re dietam consuetā. Et per dietam intelligit administratio cibi et potus. Et ra-
tio huius documēti est. Quia transgressio a cōsuetudine nocet nocumēto ma-
gno. Consuetudo eñ est altera natura. sicut igitur naturā custodire oportet: sic
et consuetudinē: et specialiter si cōsuetudo fuerit laudabilis. Et sicut oportet ser-
uare cōsuetam administrationē cibi et potus. ita etiā oportet seruare consuetu-
dinem in aliis rebus nō naturalibus ꝓpter eandē rationē. Unde si aliquis fue-
rit cōsuetus multū laborare: et velit ha nc consuetudinē omttere et in ocio viue-
re vel multo minus laborare vel aliā speciē laboris assumere: et aliud tpus vel
alium modum. proculdubio multū ex hoc debilitat. Et sil'r intelligit in cibis et
potibus somno et vigiliis euacuatiōibus et aīe accidentibus. In omnibus eñ
multū obseruanda est consuetudo si sit laudabilis vel parū laudabilis vel indif-
ferens in bonitate et malitia respectu hui⁹ ad qd debet fieri permutatio. Et cir-
ca istud sciendū est ꝙ assueti exercitare vel laborare quibusdā laboribus cōsue-
tis. dato ꝙ tales sint debiles vel senes minus leduntur et fortius laborant q̄z si
essent iuuenes inconsueti. Et istud vult Ipocras. ii. ampho. dicēs. Assueti assue-
tos ferre labores. et si fuerint imbecilles aut senes inconsuetis fortibus et iuue-
nibus facilius ferūt. Et rō est. qr isti hñt maiorē inclinationē et cōsuetudinē ad
istos labores. Nam cōsuetudo prius habita leuior est vt dicit in cōmēto ꝑdicti
ampho. Et ista est causa quare videmus hoīes debiles vt senes qui ex cōsuetu-
dine aliqñ exercēt opus mechanicū facere aliqua que facere nō possent eis for-
tiores et iuniores: aut min⁹ ab eis ledunt. sicut videm⁹ molitorē debilē facilius
saccū eleuare q̄z eo fortiorē. et fabrū antiquū minus ledi malleatione q̄z iuuenē
fortē nō consuetā. Scdm documentū est ꝙ mala pestis. i. magnū nocumentū se-
quit ex permutatiōe diete cōsuete. vt vult Ipo. nisi fuerit necesse eā permutare
Est aūt necessariū eā permutare. Primo qñ est illaudabilis. sic ꝙ ex ea perueni-
retur ad pessimas egritudines. sicut cōsuetudo cōmedendi malos cibos in fine
ex necessitate perducētes ad malas egritudines. Talē eñ consuetudinē et sil'es
necesse est corrigere et permutare vel totaliter vel saltē infra terminos latitudis
earū. sed hoc debet fieri paulatim et s̄m quendā ordinē. Nam oīs subita muta-
tio vehemēter nocet. et specialiter a cōsueto ad inconsuetum. Scdo necesse est
eam permutare. vt aliquis minus ledat ex inconsueta si postea ad eam se trans-
tulerit. Si eñ quis ad omnē dietam se assuescat. minus ab omni ledet cū se ad
eam transtulerit. Et istud etiā intelligendum est in aliis rebus nō naturalibus
Et istud est quod dicit Ipocras. ii. ampho. Ex multo tempore consueta. Et si
fuerint deteriora: inconsuetis minus molestare consueuerūt. Oportet igitur ad
non consueta transmutare. Et circa istud est sciendum ꝙ quisq̄z debet sibi caue-

re ne vnius rei quantūcunq; bona sit sibi consuetudinem faciat q̄ ipsum servare
sit necessariū. Verbi gratia. si quis vno cibo consueto semper vtatur: vel aliquo
potu: vel totaliter ab eis abstineat: vel dormire vel moueri vl' coire taliter assue
scat. ad hoc grauiter astringit. maximū em̄ incurret nocumentum si interdū ab
eisdē oportet abstinere. Sic igit' qdlibet corpus se disponere debet vt calorē et
frigus pati possit et ad motiones: et ad quelibet nutrientia aptus reddet': et vt
somni et vigiliarū horas mansiones: et domos lectos et indumenta sine lesione
permutare possit. Quod quidem poterit fieri si consuetudo non obseruetur ad
vnguem. sed interdum ad inconsueta transeamus. Oportet igitur ad incōsue-
ta aliquando permutare. et istud vult Ra. iiij. almā. c. de conseruatione consue-
tudinum. Tertium documentum est q fortior et potior metha in medicando
egrum est administrare dietam certam: quā si medicus non curauerit: et aliam
indebitam administrauerit fatue regit egrum et male eum curat. Et circa istud
est sciendum q triplex est dieta. s. grossa. que est quasi dieta sanorū: et tenuissima
que est nihil dare. vel quasi et media: que absolute tenuis dicit'. Et ista diuidit'
in dietam tenuem declinantē ad latus grosse. sicut aqua carnis oua sorbilia. et
pulli parui: et declinantē ad tenuissimā: sicut aqua ordei mellicratū: et vinū gra
natorum: et mediā que certa noīatur: vt ptisana nō colata: et extremitates pul-
lorum. Et ista dieta certa in pluribus cōuenit egritudinibus. nō tamen in omni
bus. Non em̄ conuenit in egritudinibus longis: Quia in talibus oportet virtu-
tem longo tempore esse anteq; perueniat ad victoriā. et virtus cum dieta certo
tempore nō posset perdurare sine magna debilitate. oportet ergo in tali egritu
dine cibū ingrossare. Similiter nō conuenit in acutissimis egritudinibus. scz in
illis que terminant' in quarto die vel ante. Quia in talibus cōuenit dieta tenuis-
sima. vt vult Ipo. i. ampho. ibi. Ad vltimā egritudines vltime curationes ad
perfectionem sunt potentes.

¶ De administratione medicine.

Quale quid et quando. quantum quotiens vbi dando.
Ista notare cibo debet medicus dietando.

Ein artzt sehe auff der krancken speyß
Was her yn geb vnd welcher weiß
Wie vil: wie offt: zu welcher zeyt
Vnd wo: dar an nicht wenig leith.

¶ In isto textu ponunt' sex a medico cōsideranda in administratione diete. Pri
mum est quale. i. cuius qualitatꝫ debet esse cibus. Quia in egritudine calida de
bemus egrum dietare frigido cibo: et in frigida calido. in humida sicco: in sicca
humido. Verūtamen quia naturalis cōplexio dieta sibi similiter conseruari de-
bet. vt vult Galienus. in tegni. ibi. Calidiora calidioribus indigent adiutorijs.
frigidiora frigidioribus &c. Secundum est quid. i. cuius substantie debet esse ci
bus. Quia athlete et rustici fortibus exercitijs suppositi debent dietari cibo gro
sso. Quia in eis vis digestiua est fortis. Et sic non debent vti cibis subtilibus vt
pullis. caponibꝰ carnibꝰ vitulinis seu hedinis: q2 iste carnes in eis adurent' aut
nimis cito digerent': q̄re nccē esset eis sepe cōmedere. Nobiles v°o et in ocio viuē
tes dn̄t vti dieta subtilꝫ subē. q2 i eis virtꝰ digestia ē debilis. nō potēs i grossos
cibos. cuiusmōi sunt carnes porcine salse et bouine: pisces soli exiccati. Silr in

egris: Egrotantes egritudinibus acutis debent vti subtiliori dieta q̄ egritud a nibus cronicis .i. longis sicut quartanis. Tertiū est qñ .i. quo tpe dieta debet dari. Quia in sanis maxime debet attendi cōsuetudo. Unde in estate hoīes surgentes et cōsueti bis solū in die cōmedere debent cōmedere hora .x. vel modicū ante et nō expectare mediū diei ꝓpter nimiū diei calorē. Silr debēt cenare hora sexta vel modicū post. In hyeme vō debent prandere hora .xi. vel .xij. ꝓpter longitudinē somni. Et deīde cenare hora .vij. vel modicū post. et maxīe seruāda est consuetudo. In egris vero etiā cnnsiderandū est tpus. Quia in febribus paroxismo vel statim ante paroxismū vel statim post: nō est danda dieta. Quia si statim ante paroxismū vel in paroxismo detur. natura diuertit a digestione materie febris. per hoc ꝙ debet digestiōi cibi esse intenta. et nō debet dari statim post paroxismū. Quia virtus adhuc multū debilitata est ex paroxismo immediate precedenti. Debet igit dari dieta ante paroxismū tanto tpe ꝙ possit digeri ante aduentū paroxismi, vel debet dari aliquo tpe post paroxismū. Et hoc est verū nisi timeat magna debilitas virtutis. tunc eni dandus est cibus quocunq̄ tpe. Accidentibꝰ eni virtutē dissoluētibus cibus illico dandus est. vt vult Ga. ī commēto illiꝰ amphō. i. pti cōtemplari aūt oportet. Quartū est quantū id est quantitas cibi sumendi. Quia vt dictū est prius. quātitas cibi estate cōmedendi pro qualibet vice debet esse pauca. quia calor naturalis tunc debilis est ꝓpter nimius resolutiones. In hyeme vero cibus vna vice sumendus debet esse multus Quia virtus digestiua tunc fortis est cū calor naturalis sit vnitus ꝓpter frigus circumstās. vt dictum est prius ibi. Temporibus veris. Quintū est quotiens id est quotiens in die sit cibus dandus. Quia in estate debet sepius dari q̄ in hyeme. autumno vel vere licet modicū pro qualibet vice. vt etiā prius dictū est. Similiter virtute digestiua existēte debili sepe et modicū de cibo est dandū. virtute vero existente forti potest multū dari. et paucis vicibus. Sextum est vbi. id est in quo loco. Quia cibus non est sumendus in loco frigido multū: nec multū calido. sed magis in loco temperato.

¶ De Caule.

Jus caulis soluit. cuius substantia stringit
Vtraq̄ quando datur venter laxare paratur.
Der sott des krautz den leib erweicht
Das kraut zu hertten hůlffe reicht
Nůtzest dues aber beyds zu hauff
So weichts vnd macht den mastdarm auff.

¶ In hoc textu auctor dicit tria. Primū est ꝙ ius caulis id est aqua et maxime prime ebulitiōis caulū si buliant. soluit ventrē: Cuius causa est: quia in folijs et partibus exterioribus caulium est virtus quedā nitrosa abstersiua debiliter inherens. et facile separabilis per modicam decoctionē siue ebulitionē: que sparsa per aquā ipsam laxatiuā reddit. Et hinc etiā est ꝙ prima aqua decoctiōis caulium magꝭ laxat q̄ scda: Quia ista virtus nitrosa abstersiua per primā decoctionem plurimū separatur. Scdm quod dicit est. ꝙ subā caulū et hoc post decoctionē eoꝝ stringit ventrē Et causa est Quia oīs virtꝰ qua laxaret per decoctionem ab ea ablata est: et manet subā terrea sicca que ventrē strigit. Tertiū quod dicit est. ꝙ vtraq̄ simul sumpta supple aqua decoctiōis caulū et substantia eorum laxant ventrē. Et ratio est. Quia virtus abstersiua et nitrosa in aqua manet: gratia cuius totum laxat. Pro maiori noticia sciendū est Pmo ꝙ caules

generant humorē melancolicū et somnia mala: mali sunt stomacho: parum nutriunt: visum obtenebrant: somnū inducunt: menstrua et vrinā prouocāt: vt partim Aui. ij. ca. et partim a Ras. iij. almā. colligit. Scdo sciendum φ cōmestio caulis siue decoctionis siue seminis eius prohibet et retardat ebrietatē. vt videtur innuere Aristo. iij. parti. poblema querens. ppter qd caulis soluit crapulā Et idem vult Ra. et Aui. locis preallegatis. Cuius causa potest esse ista fm aliquos. Quia ppter cōmestionem caulis eleuant fumi valde grossi ingrossantes fumositates vini. que ingrossate impediunt penetrare ad cerebrū. ppter eorum grossitudinē. Phus vero problemate predicto aliam dat causam istam. s. quia quod trahit humidum vinosum ad se ac a corpore repellit. et corpus infrigidat curat crapulā. sed caulis est hmōi. ergo curat crapulā. Qz autē caulis sit hmōi probat. Quia per succum caulis qui est diureticus trahunt humiditates vinose indigeste a toto corpore. et in vesicā deferunt. Et per substantiā eius frigidā stipticā et terreā in stomacho relictam non potentē penetrare infrigidat totum corpus Et perconsequēs curat crapulā hoc mō. Qm̄ superfluitates subtiles q̄ nō poterant deorsum tendere ppter caliditatē vim mouentē eas ad superiora. vt ad cerebrū ferunt represse deorsum et virtute succi trahuntur ad vesicam. Est em̄ diureticus et menstruorum prouocatiuus. vt dictum est.

¶ De Malua.

Dixerunt maluam veteres quia molliat aluum

Malue radices sepe dedere feces.

> Der pappeln nam der zeigt das an
> Das sy den leyb erweichen kan
> So yr wurtzel ist geschelt
> Ist sy zu stůln außerwelt
> Vnd brengt der weiber fluß zu recht
> Vnd macht das selbige leid wol schlecht.

¶ Hic ponunt due pprietates siue effectus malue. Quorū primus est φ malua mollificat ventrē. Quia est vnū de remollitiuis Sūt em̄ quatuor remollitiua. s. malua. bismalua. branca vrsina et mercurialis. ex quib9 cōiter fit clistere lenitiuum ⁊ mollificatiuū quod valet ad fecum induratarū eductione. Et est duplex malua. Quedam em̄ est habēs sanguineos flores. et alia habens albos flores. Et in ista est maior pprietas mollificandi q̄z in prima. Secundus effectus est φ radices malue abrase educunt feces. Et hoc est quando ex ipsis fiunt suppositoria sicut solent fieri de radice mercurialis. Tertius effectus malue est φ facit fluxum menstrui in mulieribus. Et hoc est ppter nimiā eius humectationē et lubrificationē: qua vene matricis facilius a sanguine acuto funduntur. Et dicit Platearius φ certo experimento menstrua prouocat.

De Menta.

Mentitur menta si sit depellere lenta.

Ventris lumbricos stomachi vermesq3 nociuos.

> Gerechte kraußmyntz bald vertreibt

Die wörm ym magen vnd ym leibe.

¶ Hic auctor ponit vnum documentū de menta dicens ꝙ menta nō debet denominari hoc noīe menta si nō habeat vim statim auferendi vermes ventris ⁊ stomachi Menta enim magne et fortis est aromaticitatis et magne amaritudinis Et ideo queadmodū absinthiū vermes interficit. sic et menta. Et debet dari decoctio eius sicut et absinthÿ et non subā. Aduertēdū tñ qꝛ multū calida est et sicca sanguinē adducens nō cōpetit via cibi in regimine sanitatis Bene tamen cōuenit via medicine. Quia stomachum cōfortat et ipsum calefacit et sedat singultum et digerit. et prohibet vomitū flegmaticū et sanguineū. et ad coitū incitat ꝑpter inflationē que est in ipsa et humiditatē ortolanā. et prohibet sputum sanguis et confert ad morsum canis rabiosi. et est propria ad illud . Et si frusta ipsius in lacte dimittunt nō caseat. vt colligit ex Aui. z. ca. c. de menta.

¶ De Saluia.

Cur moriatur homo cui saluia queris in orto

Contra vim mortis non est medicamen in ortis

Saluia confortat neruos manuumq; tremorem

Tollit. et eius ope febris acuta fugit

Saluia castoreum lauendula premula veris

Nastur. athanasia sanant paralitica membra.

Saluia saluatrix nature consiliatrix.

Wüechs eyn kreutgen für den todt
Es wer furwar die salb an spot
Sy sterckt die adern: das zittern legt
Das scharffe fiber zu fliegen bewegt
Die salb vnd andere stuck genant
Thun dem gichtbruch hülff tzuhant
Die salb kan hülff vnd radt gegeben
Sie kan gesterck vnd leng das leben.

¶ In hoc textu autor principaliter tria facit. Primo innuit magnā vtilitatē saluie querēs per modū dubÿ Cur homo moriat in cuius orto crescit saluia. Ad ꝭ respondet in scđo versu sic. ꝙ nulla est medicina crescēs in ortis que ꝓhibeat mortē ꝗuis in ortis bene crescat medicina prohibēs putrefactionē corporis et humiditatē naturalē defendens ne cito dissoluat. Et istud innuit Aui.. in. i. ca. singulari dicēs. Et ars quidē sanitatē custodiēs nō est ars que a morte securos nos faciat. neq; corpus ab extrinsecis nocumētis muniat neq; vnūquodq; corpus ad vltimā vite longitudinē perducat que est ꝺm hoīem absolute. ꝫ de duabus rebus securitatē prebet putrefactiōis penitus prohibitiōe et defensione humiditatis ne cito dissoluat. Scđo ponit tres effectus saluie. Quorū primus est ꝙ saluia cōfortat neruos. Quia exiccat humiditates quibus impediunt et relaxantur nerui. Scđus est ꝙ remouet tremorē manuū Cuius causa est. Quia cōfortat neruos vt dictū est. Jam omnis confortans neruorū tremorem remouet.

est tremor causet ex debilitate neruorum. Et propterea senes aliqui et vetule speciali ter imponunt potui siue cibo eorum folia saluie. Tertius est quod remouet febrem acutam id est impedit eam ne contingat. Cuius causa potest esse. Quia exiccando humores impedit eorum putrefactionem ad quam posset sequi febris acuta. Et pro maiori noticia sciendum est quod saluia est calida et sicca. Et ideo non multum competit per se via cibi. quia tamen ipsa saluia multum confortat neruos. homines in sanitate multum vtunt saluia dupliciter. Primo quidem componendo ex ea vinum saluiatum: quo vino homines in latitudine sanitatis vtunt. specialiter in principio mense. Et competit huiusmodi vinum paraliticis et epilenticis moderate sumptum. et precedente purgatione antecedentis medicine. Secundo vtunt saluia in salsis. Nam excitat appetitum. et specialiter cum stomachus fuerit repletus malis humoribus crudis et indigestis. Et est duplex saluia. s. domestica. et habet lata folia et magna. Alia est que vulgariter nobilis dicit et habet minora et strictiora folia. Et apud medicos dicit lilisfagus. Tertio enumerat autor sex res medicinales valentes in curatione paralisis. Et dicit quod saluia castoreum lauendula premula veris. nasturcium. et athanasia curant et sanant membra paralitica. i. paralisi tacta siue debilitata. De saluia autem causa patet ex dictis. quia vt dictum est. saluia confortat neruos qui in paralisi debilitati sunt. Et etiam quia saluia calida est et sicca consumit materiam flegmaticam imbibitam neruis ex qua fit paralisis. De castore patet. Quia castoreum est maxime confortatiuum calefactiuum et exiccatiuum neruorum. Dicit enim Aui. ii. cano. c. de eo quod subtilius et fortius omni quod calefacit et exiccat. Et postea dicit quod confert neruis et calefacit et confert tremori et spasmo humido et stupori et paralisi. Et postea adhuc subdit quod non est aliquid magis iuuatiuum ventositatum aure quam ipsum cum ex castorio accipit quantum est lens vna et dissoluit in oleo nardino et distillat in eam. Plures alios effectus habet castoreum quos Aui. narrat loco pal: Et est castoreum testiculus cuiusdam animalis marini. quod dicit castor. Et oleum de castore etiam multum valet in paralisi sicut castoreum post euacuationem materie. Quia tunc illam materiam que residua est consumit et neruos confortat. De lauendula etiam patet. Quia sua aromaticitate confortat neruos. et sua calefactione consumit materiam paralisis. De premula veris etiam patet Quia sua aromaticitate et calefactione confortat neruos. Et dicit premula veris. quia est de primis aromaticis in vere crescentibus. De nasturtio patet. Quia nasturcium est calidum et siccum subtiliatiuum et incisiuum et resolutiuum. Quare aufert materiam paralisis. Et dicit Auicenna. ii. canone. c. de eo quod confert omni mollificationi neruorum. Quia calefacit et educit flegmata et mundificat neruos a flegmate. Et ideo consulunt medici vt nasturcium in quadragesima edatur propterea Quia cibi quadragesimales sunt flegmatici. Et est nasturcium herba communis crescens in locis frigidissimis. s. in locis petrosis et aquosis vbi sunt multi fontes. De athanasia, vero que alio nomine dicit tanacetum teu. tente vel reynuaen. patet Quia ista herba habet virtutem purgandi flegmata et sua caliditate exiccat neruos. et etiam habet virtutem purgandi vermes et materiam ex qua generant. Et ideo gallici communiter in diebus paschalibus vtunt athanasia frixa cum ouis ad purgandum flegmata ex piscibus in. xl. generata ex quibus facile generant vermes in dispositis. Et in fine textus autor subdit quod saluia dicitur quasi saluatrix nature.

¶ De Ruta.

Nobilis est ruta. quia lumina reddit acuta.

Auxilio rute vir quippe videbis acute

Ruta viris coitum minuit mulieribus auget.

Ruta facit castum. dat lumen. et ingerit astum.

Cocta facit ruta de pulicibus loca tuta.

Die raut die augen scherffet vnd lerht
Der menner begird der weiber merht
Sy gibet list/ vnd ver sy seut
Den flöhen do mit sein hauß vorbeut.

¶ Hic ponit auctor quatuor effectus rute. Primus est ꝙ acuit visum. Et ꝑpter succus eius vt dicit Aui. ij. cano. c. de ea. Et prius dictum est ibi Allea nux. Secunda est ꝙ ruta minuit desideriū coeundi viris: sed in mulierib⁹ auget Cuius causa potest esse ista Quia ruta sua caliditate et exiccatione sperma in viris minorat. quod subtile est et aereum: sed in mulieribus subtiliat et calefacit. Quia in eis sperma est aquosum et frigidum. Et ergo eas magis ad coitum incitat ꝑpter subtiliationē et caliditatē spermatis ex ruta. Tertius effectus eius est ꝙ ruta facit astuciā. i. facilem apprehensionē et inuentionē alicuius medij in causa subtili. Quia ꝑpter calefactionē et exiccationē subtiliat spūs: et sic ingeniū clarificat. Quart⁹ effect⁹ ē ꝙ decoctio rute effugat pulices. Et hoc si ex ea irroretur domus. q: interficit eas ꝫm ꝙ cōiter dicūt medici. Et ꝫm Aui. in. iij. trac. c. iij. de effugatione pulicū. Qñ aspergit domus cū infusiōe coloquintide saliunt pulices et fugiunt: ⁊ silr ex decoctione rubi. Et postea subdit Aui. Et dixerunt quidam: quando ponitur sanguis hirci in fouea in domo aggregant pulices apud eum: deinde moriunt et similiter aggregant super lignū linitum ex adipe ericij et fugiunt ex odore caulis et foliorū oleandri Et ꝫm aliquos nihil magis delectiuum est pulicum ꝙ̄ res fortis odoris. Et ergo ruta valet. menta mentastrum. lupulus. et super oīa feces vel vrina eque. Itē domus irrorata ex decoctione seminis rape occidit pulices: Et si fumiget domus ex cornu taurino fugient pulices. Pro captione tamen earū nihil melius est ꝙ̄ impositio pauci bombicis in lecto. Quia in illo aggregantur.

¶ De Cepa.

De cepis medici non consentire videntur

Colericis non esse bonas dicit Galienus

Flegmaticis vero multum docet esse salubres

Presertim stomacho pulchrumq; creare colorem.

Contritis cepis loca denudata capillis

Sepe fricans poteris capitis reparare decorem.

Von tzuöbeln schreiben die ertzt nicht gleich
Sagt eyner sy bring den colericis seuch
Vnd sey der feuchten complex gsunt
Den magen buor/ ferbt wangen vnd mundt
Mit tzwibelsafft reib dein kalebletz
Er kan dir sy wol mit har besetz.

¶ Hic loquitur auctor de cepis. et dicit quinque. Primum est quod medici dissentiunt de natura ceparum: que aliquibus videtur quod cepe bone sunt flegmaticis. aliqui vero quod eis non valent. sicut forsan Ra. vult. quia dicit eas. z. almã. generare humores superfluos in stomacho et flegmaticos. Secundum est quod Gali. dicit cepes multum obesse colericis. Cuius causa est. Quia vt dicit Aui. z. ca. c. de cepe. Cepe est calidum in tertio. et ergo nocet calidis. vt sunt colerici. Tertium est quod cepe multum valent flegmaticis. Quia sunt calide incisiue subtiliatiue abstersiue et aperitiue. quare flegmaticos humores et viscosos in flegmaticis multiplicatos digerunt. incidunt subtiliant et abstergunt. Quartum est quod cepe valent stomacho. Quia mundificant ipsum a flegmatibus et ipsum calefaciunt. Et ergo dicit Aui. loco pal. quod istud quod ex cepe comeditur propter suam caliditatem confortat stomachum debilem et propter istud etiam decorant colorem faciei. Quia non est possibile colorem faciei esse viuidum stomacho existente multum flegmatico aut repleto malis humoribus crudis et flegmaticis. Quintum est quod loca depilata. i. loca pilis priuata pilos siue crines recuperant si conterantur cepe cocte et ex eis fricentur loca depilata. Et istud verum est quando depilatio accidit propter opilationem pororum et corruptionem materie sub cute. Quia cepe aperiunt poros et resoluunt materiam malam que sub cute est et bonam ad locum attrahunt. Et ergo fricatio cum cepis valet ad alopiciam multum. vt vult Aui. z. ca. c. alle. et. vij. 4. ca. de cura apolicie. Et propter istud infert textus quod capitis decor poterit reparari per istam fricationem cum cepis. Quia capitis decor pili sunt. Pro maiori noticia effectuum ceparum sciendum est quod cepe excitant coitum. appetitum prouocant. faciem rubificant. cum melle verrucas eradicant. sitim faciunt. intellectui nocent. quia humorem malum grossum generant. saliuam multiplicant. et succus earum confert aque descendenti in oculum. et abstergit visum. sicut colligitur ex Aui. z. ca. c. alle. Sciendum vlterius quod cepe trite cum melle et aceto conferunt morsui canis rabidi. Et ergo quidam superaddunt textui precedenti istos duos versus Appositas perhibent morsus curare caninos. Si trite cum melle prius fuerint et aceto. Et de isto etiam prius dictum est ibi Allea nux ruta.

¶ De Sinapi.

Est modicum granum siccum calidumque sinapis.
Dat lachrimas purgatque caput. tollitque venenum.
Der hitzige senff macht augen rynnen
Macht reyn das heupt-thut gifft betzwingen.

¶ Hic auctor duo facit. Primo ponit complexione ipsius grani sinapis dicens quod granum sinapis est modicum granum calidum et siccum vsque ad quartum gradum secundum Aui. z. ca. t. de sinapi. Secundo ponit tres proprietates siue effectus grani sinapis. Primus est quod commouet lachrimas Cuius causa est. Quia sua caliditate nimia subtiliat et dissoluit humiditates cerebri ex quibus tunc propter earum fluxum prouenniunt lachrime. Secundus effectus seminis sinapis est. quod expurgat caput idest cerebrum mundificando et astergendo humiditates flegmaticas a capite. Expurgat etiam caput naribus impositum prouocando sternutationem sua mordicatione. Et ideo imponitur naribus appopleticorum Per sternutationem autem expelluntur nocumenta cerebri. Et similiter semen sinapis sua caliditate subtiliat flegmata et dissoluit illa que opilant meatus cerebri ex quorum opilatione sequitur appoplexia. Et sic relinquitur quod semen sinapis est valde incisiuum flegmatis et consumptiuum et mundificatiuum. Tertius effectus est tollit venenum. Et istud concordat cum dicto Aui. loco preallegato. scilicet quod fugiunt ex fumo eius vermes venenosi.

De Viola.

Crapula discutitur capitis dolor atque grauedo
Purpuream dicunt violam curare caducos.
Die veiel benympt die trunckenheit
Den wetag des heupts vnd vallendt leidt

Hic ponunt tres proprietates siue effectus viole. Primus effectus est quod viola habet proprietatem sedandi ebrietatem. Cuius causa potest esse: Quia viola odorem habet temperatum atque suauem: et talis maxime est confortatiuus cerebri. Forte enim cerebrum non patitur cito ebrietatem sed debile: Et etiam viola est frigida quare cerebrum infrigidat: Et sic ineptificat ipsum ad recipiendum fumum calidum. Secundus effectus eius est quod viola est sedatiua doloris capitis atque grauedinis. Et istud est verum de dolore capitis ex calida causa: vt vult Aui. ii. ca. c. de viola: Et similiter Ra. iii. alman. et Me. Et ratio est: quia viola est frigida: et sic repugnat cause calide. Tertius est quod viola dicitur curare caducos idest epilenticos. Et dicitur notanter in textu dicunt: Quia omnes auctores non attribuunt istum effectum viole. Et ergo si iste effectus conueniat viole: causa eius potest esse. Quia propter aromaticitatem viole cerebrum confortatur: quo existente forti a modicis nocumentis non leditur: et perconsequens etiam non incurrit epilensiam: que dicitur parua appoplexia ex opilatione neruorum sensatiuorum constringens.

De Vrtica.

Egris dat somnum. vomitum quoque tollit ad vsum
Compescit tussim veterem. colicisque medetur
Pellit pulmonis frigus ventrisque tumorem.
Omnibus et morbis subueniet articulorum.
Die nessel gibt den krancken schlaff
Der sich bricht yr wol bedarff
Den alten hust des leybes grymm
Die kelt der lungen vnd schwulst benympt
Des leybes vnd allen glencken dar bey
Jst die nessel eyn ertzeney.

Hic ponunt septem effectus vrtice: Quorum primus est quod vrtica dat egris somnum: Quia est subtiliatiua et incisiua et abstersiua flegmatis et grossorum humorum naturam grauantium et somnum impedientium. Secundus effectus eius est. quod tollit vomitum et vsum vomitus. Et ratio est: Quia vomitus et nausea multum accidunt ex humore viscoso: cuius vrtica est incisiua. Tertius est quod vrtica sedat tussim antiquam: et maxime mel in quo temperata fuerint semina vrtice: Quia vrtica de pectore flegma expellit viscosum. secundum Ra. iii. alman. Et similiter eius semina cum maxime sint incisiua abstersiua et subtiliatiua Et dicit Aui. z. ca. c. de vrtica: Or cum bibitur cum aqua ordei mundificat pectus: Et quando decoquuntur folia eius in aqua ordei educit humores grossos qui sunt in pectore: sed semen eius est fortius. Quartus est quod conuenit colicis. i. colicam patientibus: quia vrtica est incisiua subtiliatiua resolutiua et abstersiua humiditatis flegmatice aut ventositatis grosse: ex quibus

prouenit colica plurimū Et est colica egritudo dolorosa ī intestino dicto colon Sicut iliaca egritudo dolorosa in intestino dicto ylion. Quintus est ꝙ vrtica pellit frigus pulmonis Et hoc ꝓpter sui caliditatē. Sextus est ꝙ vrtica est sedatiua tumoris ventris: Quia resolutiua est ventositatis ex qua vt plurimū fit tumor ventris. Septimus est ꝙ vrtica subuenit doloribus articuloꝝ id est iuncturarū Sicut artetice sciatice et podagre. Et hoc verū est qn̄ proueniunt a materia frigida flegmatica grossa Cuius causa est Quia vrtica est calefactiua incisiua subtiliatiua materie flegmatice grosse Et ꝓpter istos effectus ſm Auicē. ij.ca.c.de vrtica excitat coitū ꝓpter semen eius cū vino: Et aperit orificiū matricis: et soluendo educit flegma et humorē crudum sua abstersione et non cū virtute solutiua que fit in ipsa: Ac tamen aliquis in gutture ex vrtica aut semine ledatur bonū est ꝙ post eius sumptionē bibat aliquid de oleo rosaceo Et est vrtica calida in principio tertij gradus: Et sicca in scđo. ſm Auicennam loco pallē.

¶ De Jsopo.

Jsopus est herba purgans a pectore flegma
Ad pulmonis opus cum melle coquatur ysopus.
Vultibus eximium fertur reparare colorem.
Der ysop reinigt die lung vnd brust
Vnd gibt dem angesicht farb nach lust.

¶ Hic ponunt effectus ysopi Quoꝝ primus est ꝙ ysopus purgat flegma a pectore Cuius causa est Quia ysopus est herba calida et sicca in tertio: multū abstersiua dissolutiua et consumptiua humiditatis flegmatice: Et habet respectū singularē super partes pectoris Et ꝓpterea ysopus ꝓprijssime dicitur purgare flegma a pectore. Scđs effectus est ꝙ etiā valet ad purgandum pulmonē a flegmate: eadē de causa. Et ꝓprie si coquat cū melle Quia mel etiā est abstersiuū et abstersione mellis augmētat abstersio ysopi Et istud idem vult Aui.ij. canone c.de ysopo dicens Q: ysopus cōfert pectori et pulmoni pacientibus a disma in tussim antiqua. et eius decoctio cū ficubus et melle ſi̅r. Tertius effectus est ꝙ facit bonū colorē faciei Et istud etiā vult Aui. loco pallē. dicens ꝙ eius potus efficit colorē bonum Et ꝓpter istos effectus soluendo educit flegma et vermes vt vult Auicenna ibidē Et ſm Platearium vinū decoctionis eius matricem mundificat a superfluis humoribus et abstergit.

¶ De Cerifolio.

Appositum cancris tritum cum melle medetur
Cum vino potum poterit sedare dolorem.
Sepe solet vomitum ventremq̧ tenere solutum.
Dem krebs die stopfgarb hůlffe thut
Mit honig vnd wein ist sust auch gut
Fůr wetag des leibs furs vndanen auch:
Vnd macht dir hart den weichn̄ bauch.

¶ Hic ponūtur tres effectus cerifolij Primus est ꝙ cerifoliū tritum cū melle et superpositū cancro curat ip̄m Et istud idē dicit Pla.c.de cerifolio Et est cancer

apostema melancolicū corrodēs partes corporꝫ tam carnosas ꝙ̄ neruosas. Et dicit cancer. q: procedere videt vt cancri. Scḋs effectus est ꝙ cerifoliū bibitum cū vino abscindit dolorē ventris. Cuius causa est. q: ventris inflationē de grossa ventositate ex qua prouenit. dolorē mitigat. cū stomachi ventositatē et omniū viscerū soluit et opilationē aperit. et ad hoc etiā coadiuuat vinum. Tertius effectus est ꝙ cerifoliū cedat vomitū et fluxum ventris Cuius causa est. quia cū cerifolium calidū est in tertio gradu. Et siccū in scḋo materiā illam digerit et exsiccat: ex qua prouenit vomitus. Et istud maxīe verum est qñ vomitus aut solutio ventris proueniūt a materia frigida flegmatica. Et preter istos effectus prouocat vrinā et menstrua et soluit dolorē lateris. renum. et vesice. et pcipue datum cum mellicrato.

¶ De Campana.

Enula campana reddit precordia sana
Cum succo rute si succus sumitur huius
Affirmant ruptis nil esse salubrius istis.
Der Alant ist der brust gesunt
Vnd so seyn safft zur rautten kömpt
Ist den zubrochnen heilßam sehr
Nach der ertzt gemeyner lehr.

¶ Hic ponunt duo effectus enule campane: quorū Primus est ꝙ enula campana cōfortat pcordia. i. orificiū stomachi: quod ꝓprie precordiū dicit siue membra spiritualia. i. membra anhelitus: que vicina sunt cordi: et specialiter radix eius. Q: aūt cōfortet orificiū stomachi ptz. Quia cū radix enule sit odorifera cōfortat membra neruosa. orificiū aūt stomachi membrū neruosum est. Q: aūt confortet membra spiritualia ptz. Quia vinū factū ex enula quod vocat vinum enulatum mundificat pectus et pulmonē. vt vult Aui. ij. ca. c. de enula. Et enula etiam ꝼm ibidē deglutita cū melle a diu. at ad expuendū et est ex eis que letificat et cōfortant cor. Secūdus effectus est ꝙ succus enule cū succo rute maxīe valet ruptis id est patiētibus rupturā siue descensum intestinorū ad bursam testiculorū. Et hoc maxime quando ruptura est ꝓpter ventositatē. quia ille dissoluunt succus rute et enule. Et pter istos effectus enula bona est stomacho malis humoribus repleto et aperit opilatiōes epatis et splenis: vt vult Ra. iij. almā. Et cōfert omnibus lesionibus et doloribus frigidis et cōmotionibus ventositatū et inflationis. ꝼm Auicennam loco preallegato.

¶ De Pulegio.

Cum vino coleram nigram potata repellit.
Sic dicunt veterem sumptum curare podagram.
Poley getrunckē̄n vortreibt mit weyn
Das vorbrant geblůt vnd cipperleyn.

¶ Hic ponunt duo effectus pulegij: Quorū primus est ꝙ pulegiū et principaliter aqua eius sumpta cū vino purgat colerā nigram. Secundus est ꝙ pulegiū habet ꝓprietatē curandi podagram veterē. ex quo habet ꝓprietatē liquefaciēdi et dissoluēdi flegma ex quo podagra sepius generari solet. Et circa istud est notandum ꝙ vt dicit Pla. pulegiū est calidum et siccum in tertio gradu: subtilem

habet substantiā. virtutē habet cōfortatiuā ex aromaticitate. aperitiuā ex subā et qualitatibus. attractiuā ex ignea substantia vel natura consumptiuā ex calore et siccitate Et solum vinū decoctionis eius valet contra dolorē stomachi et intestinorum ex frigiditate vel ventositate.

¶ De Nasturcio.

Illius succus crines retinere fluentes.
Allitus asseritur dentisq̧ curare dolorem.
Et squamas succus sanat cum melle perunctus.
Das fallend haer helt brunkreß safft
Den tzenwetag vnd leibs schuppen macht.

¶ Hic ponunt tres effectus nasturcij. Quorum primus est quod nasturciū habet proprietatem retinēdi crines defluentes. Et hoc si caput vngat cū succo eius. vel si aqua vel succus eius bibat. Et hunc effectū tangit Aui. ij. ca. c. de nasturcio dicens Retinet capillos capitis cadentes bibitū et linitū. Scōs eius effectus est quod curat dolorē dentiū. et hoc maxime ex causa frigida. Quia nasturciū est incisiuum resolutiuum et calefactiuū vt patuit prius ibi. Cur moritur homo. Tertius effectus eius quod succus eius habet proprietatē curandi squamas pelli adherētes qn̄ sumit cū melle. et ex eo linit locus. Et causa est Quia tales squame generant ex flegmate salso: Nasturciū aūt vt predictū est. omne flegma purgat. Et g̊ per intus sumptū prohibet causam squamarū et ab exterius linitū sua abstersione eas abstergit: et maxie cū melle. q: hoc etiā abstersiuū est. et sic iuuat abstersionem nasturcij. et preter istos effectus cna nasturciū exiccat putredinē vacuitatis ventris et mundificat pulmonem. et confert asmati. et in medicinis asmatis ponit propter illud qd est in ipso de incisione et subtiliatione. calefacit stomachū et epar et cōfert grossiciei splenis Et proprie qn̄ ex eo fit emplastrū cū melle facit euomere colerā. et educit eam solutione. augmentū efficit in coitu. et soluendo educit vermes et prouocat menstrua vt vult Aui. ij. ca. loco p̄allegato.

¶ De Celidonia.

Cecatis pullis hac lumina mater irundo
Plinius vt scribit q̄zuis sint eruta reddit.
Schelkraut ist den augen gsunt
Das wirt vns von der schwalben kunt.

¶ Hic ponit vnū notabile de celidonia. Et est quod qn̄ pulli irundinis excecati fuerint tunc mater affert celidoniā et cū ea fricat oculos pulli excecati. et sic visus restituitur Et per hoc dat innuere au. quod celidonia maxie cōfortat visum. Et istud etiā manifeste ptz Quia in medicinis valētibus cōtra debilitatē visus cōiter ponit Et est celidonia herba nota glaucū habēs succū. Causa aūt quare ipsi irundini data est virtus cognoscēdi celidonia plusq̧ alijs auibus potest esse ista: q: pulli irundinis sepius cecitatē patiunt q̧ pulli aliarū auiū. q: feces irundinum habēt vim excecatiuā oculorū et sepius patiunt a fecibus matrū Et est sciendū quod sm Pla. celidonia est calida et sicca in tertio gradu. Et ex qualitatibus suis et substantia habet virtutē dissoluendi consumendi et attrahendi. Et radices eius trite et in vino decocte valent ad purgandum caput et vuluam ab humore

frigido et humido. si patiens fumū per os recipiat et postea vinum gargarizet.

¶ De Salice.

Auribus infusus vermes succus necat eius

Cortex verrucas in aceto cocta resoluit.

Pomorum succus flos partus destruit eius.

Der safft der weiden die würmer sterbet
Die dir dein oren han vorderbet
Die rynde mit essig die wartzeln myndert
Die plůet vnd frucht die gpurt vorhindert.

¶ Hic auctor tria dt de salice. Primū est ꝙ succus salicis auri in fusus interficit vermes auris. et istud potest cōuenire ꝓpter stipticitatē et exiccationē eius. Et est hic sciendū ꝙ ꝺm Aui. ij. ca. c. de salice. Non est aliud magis vtilissimū ꝗ̄ succus folioꝝ eius in cura saniei que currit ex aure. Scđm est ꝙ cortex salicis. i. extrema pars eius in aceto decocta resoluit verrucas. Aui. vero loco p̄al. dicit ꝙ eius cinis eradicat verrucas linitus cū aceto. et istud est ꝓpter vehementem exiccationē cineris eius. Pro deletione tn̄ verrucarū nō est aliquid magis abscindens verrucas ꝗ̄ fricatio portulace super verrucas. et facit hoc portulaca sui ꝓprietate et nō qualitate ꝺm Aui. ij. ca. c. de portulaca. Tertiū est ꝙ flos salicis et succus pomorū. i. fructuū eius nocēt partui. Quia ꝓpter stipticitatem et exiccationē eorū reddunt partum difficilem.

¶ De Croco.

Confortare crocus dicatur letificando.

Membraqꝫ defecta confortat epar reparando.

Der saffran freud vnd stercke gibt
Der leber vnd schwachen glydern libt.

¶ Hic ponunt aliqua iuuamēta croci Quorū primū est ꝙ crocus confortat corpus humanū letificando. Et circa istud est sciēdū ꝙ crocus tantā ꝓprietatē hꝫ letificādi ꝙ datꝰ in maiori quantitate ꝗ̄ debeat interficit letificando siue ridendo. Unde dicit Aui. ij. ca. c. ꝺ croco Tres aurei de ipso interficiūt letificādo. Et ē aureū pondus dragma vnius et semis. Scđm est ꝙ crocus cōfortat membra defecta et principaliter cor. Confortat etiā stomachū ꝓpter suā stipticitatē et caliditatē. Et ꝓpter eandē causam etiā reparat epar. et maxime ꝓpter stipticitatem que nō permittit dissolui epar. Nimius tamen vsus eius inducit nauseā et deijcit appetitū. Et istud innuit Aui. loco p̄al. dicēs Ipse facit nauseā et deijcit appetitū. propterea ꝙ appositus est acetositati que est in stomacho ex qua est appetitus. Et preter istos effectus est faciens somnū et obtenebrans sensus et cū bibitur in vino inebriat. abstergit visum. et prohibet fluxum ad ip̄m. facit anhelitum facilem. et confortat instrumenta anhelitus. excitat coitum. et prouocat vrinam. vt vult Aui. loco p̄al.

¶ De Porro.

Reddit fecundas permansum sepe puellas.

Isto stillantem poteris retinere cruorem.

Der laug macht fruchtbar so man ist
Vorstelt das blut·das saltu wiß.

¶ Hic ponunt duo iuuamenta porri. Primũ est ꝙ porrũ permansum.i. per cõmestionẽ eius. reddit puellas sepe fecundas. Cuius rõ potest esse. qꝛ ſm Aui. ij.ca.c.de porro cõfert coartationi matricis et duriciei q̄ est in ipsa. que possunt esse impedimẽta conceptionis. Scdm est ꝙ porrũ abscindit fluxum sanguinis narium. Idem vult Aui. loco pal. Et plures alij effectus eius dicti sunt prius ibi. Allea nux ruta.

¶ De Pipere.

Quod piper est nigrum non est dissoluere pigrum
Flegmata purgabit digestiuamqꝫ iuuabit
Leucopiper stomacho prodest tussiqꝫ dolori
Vtile preueniet motum febrisqꝫ rigorem.

Schwartzer pfeffer lőst auff das margk
Den schleym tzutreibt die dauung sterckt
Der weisse pfeffer dient dem magen
Thut hust vnd schmertz der brust voriagen
Nűtzt du yn vor dem kampff des kalten
Er wil dyr deyner gsuntheit walten.

¶ Hic ponunt multa iuuamẽta piperis. Et primo tria piperis nigri Quorũ primũ est ꝙ per piper nigrũ nõ est pigrũ in dissoluẽdo.i. resoluẽdo ꝑpter forte eius caliditatẽ et siccitatẽ. Est em̃ calidũ et siccũ in quarto. Scdm est ꝙ purgat flegmata Quia attrahit ex interiori corpore flegma et ipm̃ cõsumit. silr flegma in pectore et stomacho inuiscatũ remouet. ipm̃ calefaciendo subtiliando et dissoluendo. Tertiũ est ꝙ est iuuamẽtũ digestiue. Et istud ptꝫ per Aui. ij.ca.c.de pipere dicentẽ ꝙ piper est digestiuũ faciens appetitũ. Et istud maxie intelligẽdũ de pipere longo. qd̃ est magis cõueniẽs digestioni crudorũ humorꝝ q̃ꝫ albũ vel nigrũ. vt testat̃ Ga.4.de regimĩe sanitatis.c.7. Scdo ponit.5.iuuamẽta leuco piperis.i. piperis albi: quorum primũ est ꝙ piper albũ cõfortat stomachum. et istud ptꝫ per Ga. loco pal. dicentẽ ꝙ est cõfortans stomachũ super alia duo pipera. Et idẽ vult Aui.ij.ca.c.de pipere dicẽs. Et albũ magis cõueniẽs est stomacho et vehemẽtius cõfortat. Scdm est ꝙ piper cõfert tussi maxie ex materia frigida flegmatica. qꝛ illã calefacit dissoluit et incidit. Et istud vult Aui. lo. pal. dicens ꝙ qñ administrat̃ piper in electuarijs est cõueniẽs tussi et doloribus pectoris. Tertiũ est ꝙ piper albũ cõuenit dolori. et pt̃ istud intelligi de doloribus pectoris Sicut ex Aui. allegatũ ẽ vel de dolore ventoso. Tali em̃ cõuenit oẽ piper. qꝛ oẽ piper sui ventositate carmiatiuũ est ventositatũ: et sic educit ventositates. Aui. vo lo. pal. dt piper albũ et silr longũ cõuenire i dolore ventris pungitio si bibat̃ cũ melle et folijs lauri recẽtibus. Quartũ ẽ ꝙ vtilr pt̃ ꝓuenire motũ febris.i. accessionẽ siue paroxismũ febris. et ħ febris frigide. qꝛ i tali piper aliquo mõ materiã calefacit et digerit. Quĩtũ est piper albũ valet i rigore febriũ Cuius causa est qꝛ piper sua caliditate cõfortat neruos et materiã sparsam super eos consumit. et Aui. dicit ꝙ fricando fit inunctio ex ipso cum vnguento et confert rigori. Et ista

¶ In hoc textu auctor loquitur de fleubothomia. Et primo ostendit etatē requisitam ad fleubothomiā dicēs q annus .17. vix petit fleubothomiā Et pro isto dicit Galie.11. de ingenio q pueri non debent fleubothomari nisi habeant .14. anno ad minus Et causa est. Quia corpora puerorū sunt faciliter resolubilia a calore extraneo. Et ideo debilitantur multū ex euacuatione forti facta per fleubothomiā. Itē qr indigēt nutrimēto duplici de causa scz ppter nutrimētū et augmētū. Ideo minutio sanguis nō cōpetit eis. Itē qr facile dissoluuntur a calore extraneo sufficit q ab eis dissoluitur qre nō indigēt fleubothomia Et circa istud sciēdū ē q sicut fleubothomia nō cōuenit pueris predictis: sed cauēda ē. Ita etiā ē cauēda in magna etate. scz senū. vt vult Ga. 9. megategni. qr fm Ga.. et Haly. 3. tegni. In cōualescētibus et senibus est pauc9 sanguis bonus et multus malus Fleubothomia igitur rapiet bonū et dimittet malū. Et innuit Aui. 4. in. c. 20. de fleubothomia. et ideo in talibus nō cōpetit fleubothomia. Scdo ponit nocumentū fleubothomie Et est q spūs vberius exeunt per fleubothomiā Cuius rō potest esse. Quia cū multa euacuatiōe sanguinis q̄ fit per fleubothomiā necesse est etiā multitudinē spirituū euacuari. Tertio tangit remedia per que spiritus emissi refocillantur et iterato multiplicantur. Et dicit q ex potu vini subito regenerantur spiritus. qr oīm subito nutrimentū maximū est vinū. vt prius dictū est. Et spūs etiā regenerantur et refocillantur ex cibo. sed hoc fit lente et nō subito sicut ex vino. Et cibus qui debet dari erit digestibilis et multi sanguinis generatiu9. Sicut oua sorbilia et similia. Et circa istud sciendū est q licet cibus regeneret spiritus post fleubothomiā. tamen debent cauere patientes a multo cibo in prima et secunda die. Unde dicit Isaac in dietis. cibus est eis minuendus et potus augendus supple respectu cibi. non tamen respectu sue consuetudinis immo minus debent bibere q̄ ante fleubothomiā. quia virtus digestiua debilior est. Quarto ponit auctor vndecim iuuamenta fleubothomie debite facte. Primum est q temperata fleubothomia confortat visum. Quia minuendo humores etiā minuit effumationē ad caput et replet ionē eius offuscātes visum. Secundum est q clarificat et sincerat mentem et cerebrum ppter similem causam. Tertium est q calefacit medullā. quia minuit superfluitates que ad eam venientes ipsam infrigidāt. Quartum est q purgat viscera id est interiora. qr exonerata natura a sanguine humores crudos in interioribus cōtentos melius digerit. Quintū est q fleubothomia restrigit vomitū et fluxū ventris. qr diuertit humores ab interioribus ad exteriora. Et istud vult Aui. loco pallegato dicēs. Amplius fleubothomia ppterea q ad diuersa trahit. naturā fm plurimum retinet Et istud maxime verum est quando fleubothomia fit de venis brachij. Nam fleubothomia facta de venis pedum nō sic retinet Potest tamen per accidens cōtingere q ad fleubothomiā sequatur maior fluxus ventris. Et hoc dupliciter. Primo qr ex fleubothomia facta tollitur onus nature. tunc eīm virtus cōfortata aliqn prouocat alias euacuationes. Scdo si fluxus ventris fiat ex multa debilitate virtutis cōtentiue. tūc eīm qr ex fleubothomia debilitatur virt9. magis augebitur fluxus ventris. Sextū est q fleubothomia facit puros sensus. qr minuit euaporationē ad caput vnde turbantur sensus. Septimū ē q ipsa iuuat somnū impeditū qr per ipsam euacuantur humores plurimi a quibus eleuantur vapores acuti et diuersi impedientes somnū. Octauū est q ipsa tollit tedia et grauitates nimias. qr p ipsam virt9 exonerat a suo grauamie: et etiā educto p ipsum sanguinē educitur sic melācolia fex sanguis q̄ inducit tedia et grauitates. Nonū ē q ipsa cōfert audi

tus.q2 per ipsam diminuunt vapores et humores ascendētes ad caput impedientes auditū. Decimū est ꝙ ipsa confert voci. Quia per ipm diminuunt superfluitates et humiditates que possent peruenire ad pectus vel cannā pulmonis et impedire vocē. Undecimū est ꝙ ipsa auget vires. Quia per ipsam corpus a suo grauamine exonerat quare virtus augmentatur.

Tres insunt istis maius: september: aprilis:

Et sunt lunares sunt velut ydra dies.

Posteriorum postremis: primiqꝫ kalendis

Non decet his minui: nec carnibus anseris vti

In sene vel iuuene- si vene sanguine plene-

Omni mense bene confert incisio vene.

Hi sunt tres menses maius- september- aprilis-

In quibus eminuas- vt longo tempore viuas.

Der mey vnd weynmon auch appril
Seyn erwelt wer lossen wil
Wie wol ein ytzlicher hat ein tag
Darin ich gantz nicht lassen mag
Seyn iung ader alt von vil gplůts
Im ist alle mond- ein lassen nůtz.

¶ In h textu auctor tria facit. Primo dicit ꝙ isti tres menses. s. Maius September Aprilis. sunt menses lunares et in eis sunt dies prohibiti a fleubothomia. videlicet prima dies Maij. et vltima septembris et Aprilis. Et istud cōes dicūt veruntamē est dictū fictū: nec alicuius valoris. immo predicti dies possunt esse ita boni et electi sicut et alij. ꝭm ꝙ diuersa constellatio in eis potest esse. Et subdit autor ꝙ in talibus diebus nulli vesci debent carnibus anseris. quod etiā falsum est et erroneum. et magis sortilegio attribuendū. et forte autor istud habuit a iudeis qui istum ritum obseruant. Scd̃o dicit ꝙ senex a senectute et nō a senio et iuuenis venas plenas habentes sanguine minui possunt omni mense. q2 isti nō faciliter resolubiles sunt: nec in eis solum paucus est sanguis bonus. immo multus. Tertio dicit ꝙ incisio vene pro regimine sanitatis custodiendo debet fieri in aliquo istorum trium mensiū. qui sunt Mayus Septembris et Aprilis. differenter tñ: Quia in aprili et mayo debet incidi vena epatis ꝓpter multiplicationē sanguinis eo tempore: cū sit tempus vernale. et in septembri vena splenis ꝓpter melancoliā que tunc habet multiplicari. cū sit pars autumnale.

Frigida natura: frigens regio: dolor ingens.

Post lauacrum: coitum: minor etas: atqꝫ senilis

Morbus prolixus: potus repletio et esce

Si fragilis vel subtilis sensus stomachi sit

Et fastiditi tibi non sunt fleubothomandi.

Zwelferley sach das lassen vorbeut
Kalt complex: kalt ort ader zeit
Nachm badt vnkeusch vnd langer seucht
Nach full mich lassen schedlich deucht
Zu alt ader iung vnd schwacher kreffte
Vnd den vordrossenheit beheffte
Ader des mag nichts leyden kan
Sol lossen vnterwegen lan.

¶ Hic autor ponit. xij. q̄ impediūt fleubothomiā. Primū est frigiditas ꝯplexio-
nis. Cum em̄ ſm Ga. i magetegni fleubothomia infrigidat tūc augmētaret fri
giditatē. Causa aūt quare fleubothomia infrigidat est. Quia ſm Isaac i vrinis
Sanguis ē fundamētū caloris naturalis. i. illd i q̄ calor naturalis seruat. et qꝛ
fleubothomia sanguinē euacuat. Ideo et calorē naturalē. et tūc percōsequens
infrigidat. Scdm regio frigida vehemēter: sub q̄ deber cōprehēdi tps multū fri
gidū: qd etiā prohibet fleubothomiā. qꝛ in regione et tpe multum frigidis. san
guis in frigiditate corporis includit. et illa q̄ circa extremitates existit a frigidi-
tate cōdensat et ineptus fit ad hoc ꝙ fluat. Tertiū est intensus dolor sub q̄ etiā
potest cōprehendi nimia corporis inflammatio. Quia si in istis accidētibꝰ fieret
fleubothomia sequeret motus agitatiuꝰ: q̄ est cōtrariꝰ nature: cū sit difformis
et maior inflammatio: que etiā est naturā magis debilitās. Et causa motꝰ agi
tatiui in dolore intēso est. Quia fit tractus ad diuersas partes. Per fleubotho
miā em̄ fit tractio ad locū fleubothomatū. et ex dolore forti fieret tractio ad lo-
cum doloris. Causa vero maioris inflammationis est. Quia ex fleubothomia
cōmouent humores quare magis inflammat ex motu. Et istud verū est qn̄ fleu
bothomia fit parua et artificialis. Si tn̄ fiat vsqꝫ ad sincopim prodest in predi-
ctis casibus. qꝛ ista cū vincit attractionē doloris nō facit motū agitatiuū. et sīr
tollit inflāmationē cū nō sint hūores ibi q̄ cōmoueant et calefiāt et maiorē inflā
mationē inducant. et istud voluit Ga. in cō. illius am. i. pti. am. q̄ egerunt. cū di-
xit. ꝙ non est melior medicina in apostemate vehemētis inflammationis. et si-
militer in febribꝰ et dolore forti q̄ꝫ fleubothomia. Quartū est balneū et maxime
resolutiuū. Tale em̄ prohibet fleubothomiā. qꝛ tale etiā est euacuatiuū iam na-
tura nō facile tolerat euacuationē super euacuationē. Quintū est coitus imme
diate p̄cedēs. Post talē em̄ nō statim debet fieri incisio vene. qꝛ ex hoc maxima
debilitatio nature sequeret: cū per coitum prius natura debilitata sit. Sextū est
etas maior vel minor q̄ꝫ requirit ad fleubothomiā. sicut etas infanti: et etas se-
nū prout declaratū est priꝰ. Et ista impedimēta tāgit Aui. loco p̄al. di. Tibi q̄ꝫ
cauere debes a minutiōe in cōplexione vehemētis frigiditatis et in regiōibꝰ for
tis frigiditatis. et in hora fortis doloris. et post balneū resolutiuū et post coitū
et in etate q̄ est minor. xij. annis senū q̄ꝫ tomagis poteris: nisi in figura confisus
fueris et in soliditate musculoꝝ et venarū amplitudīe: et caꝝ repletiōe et colo-
ris rubedine. Et vlteriꝰ subdit Nos nancqꝫ ex adolescētibus et senibus fleubo-
thomare audebis Adolescētes tn̄ ſm ordinem ad fleubothomandū paulatim
prouehere debes cū pauca minutione. Septimū est morbus prolixus. Quia

tunc ex tali fleubothomia natura dupl̄r debilitat̄: puta a morbo prolixo ⁊ a minutione. Et istud est verū ſm Aui. loco pal. nisi sanguinis affuerit corruptio. q̄z si sic fleubothomia potest cōuenire. Octauū est nimia repletio potus. Nonum est nimia repletio cibi: sub qua etiā cōprehendit̄ indigestio cibi. Et causa horū est. q̄z ſm Aui. in. i. attrahētia sunt tria. s. vacuū calidū: et tota species. Si ḡ vene per fleubothomiā a sanguine euacuarent̄ cibum indigestū vel superfluū siue potum superfluū a stomacho vel epate attraherent qui indigestus veniens ad membra nō corrigeret̄. Quia tertia digestio nō corrigit pctm̄ scde: nec scda prime. si pctm̄ sit magnū. ꝑpter qđ in membra nō cōuerteret̄: ſ3 ibi remanēs posset esse causa egritudinis. Decimū est fragilitas. i. debilitas virtutis. Fleubothomia em̄ est fortis euacuatio: ſm Ga. ij. ampho. in cō. illius In quo morbus sed virtus debilis nō potest pati motū forte. Undecimū est subtilis sensatio orificij stomachi qđ precordiū dicit̄. Quia ex fleubothomia in tali statim sequit̄ sincopis. Et sub isto etiā cōprehendit̄ debilitas stomachi et facilis fluxus colere ad orificiū eius inducēs ad vomitū facilē colere. Unde in habentibus predicta accidentia nō cōuenit fleubothomia. Per fleubothomiā em̄ humores commoti ad os stomachi inducerent̄ tanq̄3 ad locum consuetū. Et quia est membrū debile et impotēs illi fluxui resistere. Ideo illis multa mala per fleubothomiā accidunt. Et hec est vna causa quare q̄nq̄3 aliqui in fleubothomia sincopāt. s. q̄z colera ad stomachū fluit que mordicando stomachū ex cōpassione cordis et stomachi sincopim inducit. Duodecimū est fastidiū. si em̄ in fastidio fieret fleubothomia cū vene euacuarent̄ traherēt ad se materiā malam facientē fastidiū. Et plurima istoꝝ sex vltimorū accidentiū tangit Aui. loco preal. Et circa istud est sciendū ꝙ preter predicta accidētia sunt adhuc aliqua alia etiā impedietia fleubothomiā. Quoꝝ primū est alia euacuatio. vt q̄n est fluxus menstruorum aut emorroydarū: tunc em̄ non debet fieri fleubothomia: et hoc ad euacuationē. Licet ad diuertendū fluxum seu materiā posset fieri. Scdm est corporis siue compositionis raritas. Quia a corporibus raris multum dissoluit̄. Et ideo sufficit ista resolutio nec euacuatiōe indigent. vt vult Ga. ix. magetegni. Tertiū est humorū cruditas et viscositas. Tunc em̄ est cauēda fleubothomia q̄z augmētaret̄ cruditas humorū. et ꝑpter hoc in morbis longis nō est faciēda fleubothomia. Quia cruditas humorū augmētaretur et virtus debilitaret̄ et morbus prolongaretur. Et ideo timendū esset de casu virtutis. Et ꝑpter hoc vult Aui. ꝙ ī morbis cronicis facienda est farmacia ante fleubothomiā et nō fleubothomia ante facienda. licet vtroq̄3 indigeant patientes Sed cruditas humorum potest accidere duabus de causis. Una causa est ꝑpter abundantiā humorum calorē naturalem suffocantium qui debilitatus et suffocatus humores crudos generat Et tunc bene competit fleubothomia. Unde ſm Alexandrum secūdo libro suo capitulo de ydropisi. fleubothomia in principio yposarce competit cum prouenit ex multitudine sanguinis menstrualis cum prohibeantur fluere menstrua propter causam aliquam. Aut ex multitudine sanguinis emorroydalis. Quia sicut ignis paruus sub multa lignorum congerie suffocatur. Similiter est de calore innato suffocato sub humorum multitudine. Secunda causa cruditatis humorum est caloris innati debilitas. vt in illis qui sunt debilis complexionis et qui habuerunt longam egritudinem et in senibus: Et tunc non competit fleubothomia. Quia per hoc augeretur cruditas. Quia sanguis in quo calor conseruatur extraheretur. Et ita corpus infrigidaretur et humores magis incrudarentur. Debet ergo sanguis dimitti. vt humorum cruditatem digerat. Quartum est aeris indebita dispositio et nimia caliditas aut nimia frigiditas Quia per caliditatem multam fortis fit resolutio. Et per frigiditatem multā ineptificatio humorum ad fluxum.

¶ De Fleubotomia.

Quid debes facere quando vis fleubotomari

Vel quando minuis fueris vel quando minutus.

Vnctio seu potus vel latio fascia motus.

Debent non fragili tibi singula mente teneri.

Wiltu lass/magst langst vorbad
Gehe vor vnd nach ist auch nicht schadt
Gedenck darbey auff gutten weyn
Die bindt vnd salb auch do sal seyn.

¶ In hoc passu autor ponit quinqꝫ que debent fieri circa fleubotomiā. aliqua quidem ante fleubothomiā. aliqua in fleubothomia. et aliqua post fleubothomiam. Primū est vnctio que aliqñ fit in fleubothomia. sicut vnctio fleubothomi: vt dolor leniat. Aliqñ vero post fleubothomiā. vt consolidatio vulneris retardetur ad hoc vt post fleubothomiā humores relicti in venis aliquā possint habere respirationē et fumi aliqui mali exalēt. Scdm est potus et maxie vini qui valet in fleubothomia si sincopis accidat. et etiā valet post fleubothomiā pro regeneratione nouorū spirituū et noui sanguinis. et isto mō iam faciūt communes. Tertiū est lauachrū. i. balneū qđ valet per duos vel per tres ante. ⁊ per duos vel per tres post fleubothomiā et nō eodē die. Ante quidē si quis timeat ꝙ habeat in se humores grossos. Quia balneum humores dissoluit ⁊ cōmouet eos. Et ꝓpter hanc causam etiā cōpetit ante acceptio sirupi acetosi. et motus vt humores dissoluant et subtilient. Et ergo qñ debet fieri fleubothomia debet fricari brachiū. vt humores existentes in venis ꝓpinquis brachio subtilient et preparentur ad exeundum facilius. Post fleubothomiā vero valet vt reliquie humorum et vaporū derelicta resoluant. In die vero fleubothomie nō conuenit. Quia per balneū cutis lenis fit. qua lenificata percussionē factā i fleubothomia fugit. et hoc est periculū. Quartū est fascia. i. ligatura cū pannis lineis que valet post fleubothomiā immediate ad retinēdū fluxū. et ante fleubothomiā ad trahendum humores ad locum vbi querit fleubothomia. vt ex eo etiā vene ingrossentur et melius videātur. Quintum est motus siue ambulatio moderata que potest fieri ante vt humores dissoluant et subtilient. et post. ad resoluendū reliquias humorū ex flebothomia derelictas. Circa predicta sciendū est ꝙ cōes faciūt se fleubothomare i ieiuni. ꝫ quibusdam doctorib⁹ melius videt et cōuenientius. ꝙ ante fleubothomiā primū vnum ouum sorbeant molle cū vno haustu vini circa nonam vel decimā horas ante prandiū et statim postea se fleubothomari faciant. Et huius causa est. Quia stomacho vacuo natura fortius sanguinē retinet ne deficiat in nutrimento. Sed cū cibus qui de se multum nutritiuus est fit in stomacho cuiusmodi sunt oua sorbilia et vinū. tunc natura melius sanguinem exire permittit.

¶ De Fleubothomia.

Exhilarat tristes. iratos placat amentes

Ne sint amentes fleubothomia facit.

Das lassen lescht des zornes hitz
Gibt traurigen freud-den synlosen witz.

¶ In hoc passu autor ponit tres effectus fleubothomie. Primus est quod fleubothomia exhilarat id est letificat tristem hoiem. Secūdus est quod fleubothomia placat iratos et causa vtriusqꝫ est. Quia in sanguine quando multa cōmiscetur melancolia fit tristicia. et quando multa colera fit ira: cum melancolia sit causa tristicie: et colera ire. Jam vtereqꝫ istorum duorum humorum educit eductione sanguinis: quia ei cōmiscetur. Tertius est quod prohibet amentes ne insaniant. quia facit humores fluere ad partes exteriores: et a capite diuertit. Pro maiori declaratione sciendum est quod quinqꝫ sunt cause ꝓpter quas debet fieri fleubothomia: quarum prima est directa et alie quatuor indirecte. Prima que est directa est vt abundantia sanguinis euacuetur. siue abundet sanguis in qualitate siue quantitate siue vtroqꝫ modo. Nam ſm Aui. loco preal. duo genera hominum sunt fleubothomanda. quorum vnum est ille modus hominū qui iam parati sunt incidere in egritudines: vt qui habent abundantiā sanguinis in quātitate. Et reliquum genus est genus illorum hominū qui iam egritudinem inciderūt propter humorum siue sanguinis malitiam. Sed differt fleubothomia ista et illa. Quia propter sanguinis abundantiam debet fieri multa fleubothomia. sed si in qualitate peccet siue sit malitiosus tunc cōpetit fleubothomia pauca. Unde ſm Ga. ix. megategni. si sanguis sit malus in corpore debet euacuari paulatim Et ideo peccant multum illi qui quando vident sanguinē malum fleubothomant se quousqꝫ videant sanguinem bonum exire cū forte prius totus sanguis exiret quam bonus exiret. sed debet fieri pauca euacuatio. Et tunc ſm Ga. in casu isto: priusquam fiat fleubothomia debet dieta bonum sanguinē generans exhiberi vt loco mali sanguinis bonus sanguis generetur. Et postea debet fieri post modicum tempus fleubothomia pauca. et sic deinceps. Ista fleubothomia est directa quia fit per se ad euacuationem illius quod per se debet per fleubothomiam euacuari: scꝫ ad euacuationē plenitudinis humorum siue sanguinis principaliter. tamen ſm quod cū eo sunt alii humores. Prima causa indirecta est magnitudo morbi et magnitudo apostematis vehemētis inflammationis. Quia ſm Galienum in cōmento illius amphorismi. Que egerunt etc. Non est melior medicina in apostemate vehementis inflammationis et in febribus et dolore forti quam fleubothomia. vt etiam dictum est ibi. Frigida natura. Secunda causa indirecta est vt attrahatur materia ad partem illam per quā debet euacuari materia. Unde in retentione menstruorū et emorroydarum debet aperiri sophena ſm Galienum et Auicēnam vt trahatur materia sanguinis ad inferius Tertia causa indirecta est vt humores trahantur ad locum contrariū illi loco ad quē fluunt humores. Et hoc ad diuertendum materiam a loco ad quē fluunt humores. Unde in nimio fluxu menstruorū debet fieri fleubothomia de basilica vt trahatur materia ad contrariū locum ad quem declinat et diuertatur a suo fluxu. Et ꝓpter hoc in pleuresi sinistre partis. debet fieri fleubothomia in parte dextra vt diuertatur materia et attrahatur ad locum cōtrarium loco ad quem declinat. Et similiter si sit in parte dextra debet fieri fleubothomia in parte sinistra. Quarta causa īdirecta est vt per fleubothomiam vna portio materie euacuetur et natura potentior sit supra residuum. Et sic cōpetit fleubothomia quando repletio est in corpore ne fiat apostema. Quia natura est debilis respectu regiminis illorū huōꝝ. Ideo vna portio illius materie est euacuanda ne ꝓpter impotentiā nature in regendo illā materiā illa materia fluat ad aliquē locū debilem in quo aggregetur et apostema generet.

Fac plagam largam mediocriter vt cito fumus
Exeat. vberius liberiusq3 cruor
Schlag die adern wol maß vff
Das blut vnd dunst muß habñ lufft.

¶ In hoc passu autor ponit vnū documentū de quātitate scissure in fleubothomia. Et dicit ꝙ scissura debet esse larga mediocriter. vt fumus et grossus sanguis liberius exeat. Quia quando scissura est stricta tunc solū subtilis sanguis exit et grossus remanet. Circa istud est sciendū ꝙ aliqñ in fleubothomia debet fieri vulnus magnū et aliquando paruū. Debet aūt fieri vulnus magnū tribus de causis. Primo quia humores sunt grossi. et grossus sanguis est euacuādus vt per illud vulnus magnū sanguis facilius possit exire. Et ergo melancolicis faciendū est magnū vulnus. Secundo ꝓpter tp̄is frigiditatē quod humores ingrossat. Et ergo in hyeme debet fieri vulnus magnū. Tertio ꝓpter abundantiam humorū. Quia tunc fit melius euacuatio per vulnus magnū ꝙ̄ paruum Sed vulnus paruum fit cū est virtus debilis. vt de spiritibus et calore minus euacuetur. Et in tempore calido eadem de causa. Et qñ est sanguis subtilis.

Sanguine subtracto sex horis est vigilandum
Ne somni fumus ledat sensibile corpus.
Ne neruum ledas non sit tibi plaga profunda.
Sanguine purgatus non carpas protinus escas.
Wach sechs stundt dem lassen nach
Zum schedlichen schlaff sey dir nicht gach
Der hart vnd durch auß schlecht den fleug
Darnach auch mit dem tisch vorzeug.

¶ In hoc passu autor tangit tria consideranda circa fleubothomiā. Primū est ꝙ fleubothomatus nō debet dormire immediate post fleubothomiam. nisi ad minus transiuerint sex hore. Et hui⁹ subdit autor causam ne fumi qui scʒ in somno causantur moti ad caput ledant cerebrū. Alie tamen possunt assignari cause. Quarum prima est. ne in somno vertat se patiens supra brachium fleubothomiatum: et per hoc ledat. Scd̄a est. ne humores in somno fluant ad membrū lesum in quo est dolor ꝓpter ictum fleubothomi ⁊ fiat apostema. Unde Ga. ij. ampho. super illo amphorismo: in quo morbo: vult ꝙ in somno si fiat apostema intra corpus aut membrū sit lesum ad ipsum fluunt humores. Aui. vo aliā assignat causam. s. ꝙ per talem somnū posset accidere confractio membrorum. Et istius causa potest esse. Quia sicut ꝺm Ga. super illo ampho. in q̄ morbo ⁊c. Somn⁹ in pn̄cipio paroxismi nō cōpetit. q: calor naturalis ad interiora regredit. ⁊ exteriora infrigidant et fumi remanēt nō cōsumpti ꝓpt qd̄ rigor augmentat ⁊ paroxismus etiā ꝓlongat Sic etiā fumi ꝑcōmotionē hūoꝝ ⁊ ī fleubothomia ad neruos et ad lacertos eleuantur qui nō cōsumpti remanentes in somno infrigidant in exterioribus et ingrossant. Et ideo faciunt ad neruorū et lacertorum confractionē si fiat superdormitio immediate post fleubothomiā. Alia causa potest esse Quia materiam est ingrossans et faciens confractionē. Sicut in quartana in cuius typo fit confractio ꝓpter frigiditatē et grossitiem magnā

Sed nerui et lacerti sunt frigidi. Ideo ad ipsos veniens iste fumus in somno in quo fit retractio caloris ad interiora infrigidat et ingrossat. Et iste fumus infrigidatus et ingrossatus frigiditatem et ingrossationem inducit in membro siue confractionem. siue ad membrum cõsimile ꝑperant egritudines consimiles. Et istud verum est de somno fleubothomie vicino et non de remoto postq̃ fumi illi fuerint consumpti. Secundum quod dicit est ꝙ fleubothomans debet cauere ne faciat nimis profundam aperturã in minutione. ita ꝙ cũ fleubothomo ledat neruum vel arteriam vene suppositũ. Nam ex lesione nerui sequitur spasmus: ex quo vlterius acerbissima mors sequitur vel ad minus perditio membri puta brachiĩ vel digiti ꝛc. Ex lesione arterie sequitur fluxus sanguinis arterialis difficillime curabilis. Tertiũ est ꝙ fleubothomatus non illico id est immediate post fleubothomiam cibum sumere debet Sed debet expectare quousq̃ in eo humores fuerint quieti. ne cibus ante eius digestionem ad subueniẽdum membro leso cum sanguine simul attrahatur.

Omnia de lacte vitabis rite minute
Et vitet potum fleubothomatus homo
Frigida vitabis quia sunt inimica minutis
Interdictus eritq̃ minutis nubilus aer.
Spiritus exultat spectando luce serenam.
Omnibus apta quies est. motus valde nociuus.

Milch speiß vnd vil trinckens meidt
Bey kaltem trincken durst salt leidt
Den lassern schadt vast alle keldt
Erwelte zeit sey schön vnd hel.
Das macht dir freyes vnd frisches blut
Groß vnrw böß: die rwe ist gut.

¶ Hic autor ponit quinq̃ vitanda ab ipso fleubothomato. Quorum primum est ꝙ fleubothomatus debet vitare lac et lacticinia. Cuius causa est. Quia ex commotione humorum per fleubothomiam sepe fluũt humores aliqui ad stomachum. Si ergo lac sumeretur ex commixtione illorum humorum lac in stomacho corrunperetur. ex quo de se maxime corruptibile est. Etiam lac propter dulcedinem eius posset trahi indigestum ad venas. Et propter commotionem humorum facile corrunpi. Secundum est ꝙ fleubothomatus debet cauere a potu nimio. Quia propter euacuationem venarum talis potus traheretur facile ad venas indigestus: prout prius dictum est. Tertiũ est ꝙ fleubothomatus debet vitare omnia frigida tam intus sumpta q̃ exterius adhibita: puta cibaria multum frigida: aerem frigidum: balneum frigidum: tenuitatem vestium: sessionem supra petram. frigiditatem capitis vel pedum. Quia cum calor naturalis per fleubothomiam debilitatus est. corpus facile superflue infrigidaretur. Quartum est ꝙ fleubothomatus non debet ambulare in aere tenebroso: nebuloso: turbato. Quia talis contristat animam: et pigritiam

in corporibus inducit. vt prius dictũ est ibi. Aer sit mundus. Nam tristicia causa est sanguinis melancolici. Sed debet ambulare in aere claro ꝛ lucido. Quia in tali aere spiritus vitales naturales et animales recreant et ad extra mouẽtur cõgaudẽtes sibi. Quintũ est ꝙ fleubothomatus debet querere quietẽ tpatã. Similiter et motũ excessiuũ vitare: Quia motus excessiuus tunc maxime debilitat et humores cõmouet. Quies vero temperata motum sedat.

Principio minuas in acutis et peracutis

Etatis medie multum de sanguine tolle

Sed puer atqꝫ senex tollet vterqꝫ parum

Ver tollat duplum reliquum tempus tibi simplum.

Im anfang hefftiger krangkeit laß
Im stehenden alter offt vnd baß
Den alten vnd Jungen ist nicht so gudt
Die adern ym mey laß zwifach bludt.

¶ Hic autor dicit quatuor. Primũ est ꝙ fleubothomia faciẽda est in principio egritudinũ peracutarũ. i. maxie acutarũ que scꝫ terminant in die quarta. qꝛ tales sunt breues nec dant inducias. et ideo a principio medicande sunt. Scd̃m ẽ ꝙ in etate media. scꝫ que est a. xxx. anno vsqꝫ. xlv. vel. l. annũ plus de sanguine extrahẽdũ est ꝙꝫ in aliqua aliarũ etatũ. qꝛ in tali etate maxie multiplicat sanguis et eius subtractio nõ impedit augmẽtũ: nec diminuit virtꝰ corporis: qꝛ corpus in tali etate nõ auget neqꝫ diminuit sensibiliter ꝫ stare videt. Tertiũ est ꝙ senes et pueri parũ fleubothomãdi sunt. qꝛ in pueris sanguis multus requirit ꝓpt nutritionẽ et augmentationẽ in eis. Et in senibus virtus incipit debilitari. Quartũ est ꝙ in vere dupla quãtitas sanguinis abstrahẽda est per fleubothomiã respectu alioꝝ tpm. Cuius rõ est. qꝛ ver est tpus maxie multiplicatiuũ sanguinis ẜm oẽs autores medicine. Circa primũ dictũ pro maiori declaratione ponẽde sunt alique regule circa fleubothomiã. Quarũ prima est. ꝙ in principio morbi nõ est facienda fleubothomia. Medicus enĩ est minister nature. ẜm Ga. in tegni. ca. illo. Omnium natura operatrix. medicus vero minister. Sed ẜm Galienum. 4. ampho. in commento illius Egritudinibus quibuscũqꝫ incipiẽtibus nulla euacuatio in principio morbi est naturalis. Sicut ergo natura i principio morbi nõ euacuat ita nec medicus. Istud tñ in tribus casibus habet instantiã. Primo in materie furiositate. Vñ Aui. loco sepe al. vult ꝙ in principio morbi fleubothomia nõ debet fieri. qꝛ fleubothomia humores cõmoueret et subtiliaret ꝛ currere per corpus faceret nisi materia sit furiosa. Scd̃o habet instantiã in materie multitudine. Unde Ga. super illũ am. Inchoantibus morbis: vult ꝙ oportet fieri fleubothomiã aut farmaciã vt natura alleuiet que scꝫ onerata est ꝓpter materie multitudinẽ. Tertio habet instantiã in morbi magnitudine et acuitate. vt qñ est apostema magnũ et dolorosum. licet nõ sit multa materia. s. antecedẽtis in corpore. Unde dicit Ga. xiij. megategni. Si apostema sit magnũ fleubothomet in principio. licet nõ sit materie multitudo ne crepet aut aperiat apostema ante sui maturationẽ. Ergo vt mala sinthomata vitent minutio est faciẽda. Scd̃a regula est ꝙ nõ fiat fleubothomia in die motus egritudinis. Sicut in crisi nõ est facienda fleubothomia: nec aliqua euacuatio: ne materia a loco ad quem natura mittit ipsum diuertatur. Silr neqꝫ in paroxismo. Unde ẜm Ga. i. am. In statu neqꝫ fleubothomia neqꝫ farmacia fieri debet. Quia in eo fit coctio morbi. q̃ me

lius fit in quiete q̄ȝ motu Sed sicut se habet status ad morbū totalē. ita paroxismus respectu dierū interpolatōis. sicut ḡ in statu nō est euacuandū ita nec in paroxismo. Tertia regula est fleubothomia nō est faciēda ī principio morbi. cū crisis ē remota. q2 ſm Isaac in vrinis. Sanguis est fundamentū caloris naturalis ipm scȝ sustinēs. licet cor sit fundamentū generās. et spūs fundamentū deportās. sed sanguis est fundamētū caloris naturalis. q2 ex eo materialiter generat calor naturalis. Et ideo aliqs sanguinē euacuādo euacuat calorē q̄ materiā morbi habet digerere. et percōsequēs morb9 plongat et virt9 debilitat ppt qd timen dū est ne ppter longitudinē morbi et debilitatē virtutis natura succūbat Quarta regula ē q in corpore habēte fecē in intestinis nō debet fieri fleubothomia. Cui9 causa est: q2 tria sunt attrahētia. s. calidū. vacuū. et tota spēs. Quia ḡ per fleubothomiā vene euacuant q̄ a membris sibi ppinqs attrahūt. et ita meseraice a stomacho. venter plus cōstipat. et materia cōtenta ī venis plus inficit. et meseraice attrahunt humiditatē secū. et feces plus desiccant. Debet ḡ venter primo leniri vt per suppositoria aut clisteria nisi per se laxet. Quinta regula ē q nō debet fieri fleubothomia multa. q2 ex hoc malū accidit in senio. s. multi morbi mali. sicut epilēsia appoplexia ⁊ paralisis. q2 ppt remotionē sanguis et caloris generant multe superfluitates flegmatice q̄ sunt cause harū egritudinū. Sexta regula est q nō debet fieri fleubothomia in muliere menstruata aut impregnata. In impregnata nō debet fieri. q2 per hoc calor digerēs cibū diminueret et nutrimentū fetus auferret. et maxie qñ fetus ē magnus cū tunc indiget ampliori nutrimēto. Et istud dt Ipo. 5. am. In menstruata ṽo naturaliter. scȝ ſm reuolutionē mēsis nō debet fieri fleubothomia. q2 in fluxu nimio mēstruorū eēt facienda ad diuertendū materiā. sed quando eueniūt naturaliter et ſm debitū cursum nature tunc nō debet fieri fleubothomia cū materia euacuet sufficiēter a natura. et natura nō debet diuerti ab operatiōe. Septima regula est. q post colericam passionē nō debet fieri fleubothomia. Cum eñ fleubothomia commoueat humores per hoc posset humor colericus ad stomachum fluere et ipsum inflammare. nec debet fieri post vomitū ne similiter humores fluant ad stomachum. neqȝ post fluxum ventris. neqȝ post vigilias magnas. neqȝ post motum fortem. et breuiter nec post vllum calefaciens multum. aut multum dissoluens. Quia fleubothomia humores plus cōmoueret et virtutē magis debilitaret. Deinde videndū est in quibus hominibus cōpetit fleubothomia. Et pro illo ponende sunt alique regule Quarū prima est. q fleubothomia cōpetit hominibus delicatis ociosis et quiescētibus. multū carnosis. et cibis multū sanguinē generantibus vtentibus. Secunda regula est q fleubothomia cōuenit illis in quibus est abundantia sanguinis. quod cognoscit per vrine spissitudinē. Abundantia eñ sanguinis facit eam spissam. sed coleram subtilem. Tertia regula est q fleubothomia debet fieri in illis in quibus melancolia abundat. Unde cum est multa melancolia naturalis currens cū sanguine per totum corpus. Quia sanguis in epate ab ea mundificat. tunc cōpetit fleubothomia siue minutio postea farmacia. Unde duplex est melancolia naturalis et innaturalis. Naturalis est fex sanguinis. que quando abundat ipsa est currēs cum sanguine. quare cum sanguine per fleubothomiā euacuatur. ideo facienda est fleubothomia ad eius euacutionē cū sanguine. ab eodem eñ calore. s. calore temperato fiunt sanguis et melancolia. que est eius fex. et postea facienda est farmacia. Quarta regula est. q in illis in quibus timetur humorum ebullitio. conturbatio et calefactio. competit fleubothomia. Et isti statim quando sentiunt se calefieri debent fleubothomari cum sit timor ebullitionis conturbationis et calefactionis propter humorum abundantiam. Aliquando tamen aliqui decipiuntur per istam regulam Quia statim quando sentiunt calefactionē et timent de humorū ebulli

litione statim fleubothomant se. Et q̄ñ istud est ex colere calefactione et incen-
sione per fleubothomiā nō cessat calefactio nec ebullitio. immo per hoc augmē-
tatur. Quia fleubothomia humores cōmouet. et semper corpus currere facit.
Et ergo nō competit fleubothomia nisi hoc sit ex abundantia humorum quod
cognoscit per sudoris multitudinē et maxime immane. Aliqui eñ sunt qui non
sudant nisi quando euacuatione indigent. Quinta regula est q̄ illis debet fieri
fleubothomia qui habēt virtutē fortem et qui sunt sanguinee cōplexionis non
frigide et sicce. Unde Ra. 7. almā. Corpora apta ad fleubothomiam et que ha-
bent venas amplas et manifestas et corpora pilosa et bruna ex colore rubeo ⁊
fusco mixtis sunt colorota: et iuuenes et adolescentes et senes nō decrepiti. sed
pueri et infirmi nō sunt minuēdi nisi magna vrgente necessitate. Et plurime ista-
rum regularū colliguntur ex Aui. 4. in de fleubothomia.

Estas ver dextras. autumnus hyemsq; sinistras

Quatuor hec membra. cephe. cor. pes. epar. vacuanda

Ver cor. epar estas. ordo sequens reliquas.

Lentz/sommer wil die rechthandt hab
Herbst/winter nympt der lincken ab
Der lentz dem hertzen/der sommer der leber
Szo furt der herbst den fůssen gegeben

¶ Hic ponit auctor aliqua cōcernentia membra euacuanda fleubothomia. Et
dicit primo q̄ in vere ⁊ estate debēt euacuari vene dextre vt dextre manꝰ vel de-
xtri brachij vel pedis. Sed in hyeme et autumno debent fleubothomari vene si-
nistre. s. sinistre manus vel sinistri brachij vel pedis. Et istius causa potest esse.
Quia ver est multiplicatiuū sanguinis et estas colere. Ergo in vere et estate de-
bent euacuari ille vene in quibꝰ magis abundant sanguis et colera. sed ille sunt
vene dextre. quia in parte dextra corporis situatum est membrū generatiuū san-
guinis. s. epar et receptaculū colere. s. cistis fellis. Sed autumnus est generati-
uus melancolie que etiā coaceruat et nō resoluit per hyemē. Ergo in autumno
et hyeme debent fleubothomari ille vene in quibus magis dominat melanco-
lia que sunt vene sinistre cū in sinistra parte corporis contineat splen. qui est re-
ceptaculum melancolie. Secundo dicit q̄ ista quatuor membra. s. cephe. i. ca-
put. cor. pes. et epar ꝫm quatuor partes anni sunt euacuāda. cor quidē in vere.
epar in estate. caput in hyeme. et pedes in autumno.

Dat saluatella tibi plurima dona minuta.

Purgat epar. splenem. pectus. precordia vocem

Innaturalem tollit de corde dolorem

Eyn ader genant die Saluatel
Hilfft leber vnd miltz/die stym macht hel
Sie reynigt die brust vnd vmb das hertz
Daruon vortreibt sie offt den schmertz.

¶ Hic tangit sex iuuamēta prouenientia ex fleubothomia vene que dicit salua-
tella et est vena in dorso manus. in loco qui est inter auricularē digitū et medi-

cum. Primū est q ipsa purgat epar. Scdm est q ipsa mundificat splenē. Tertium est q mundificat pectus. Quartū est q preseruat precordia .i. orificiū stomachi a nocumēto. Quintū est q aufert nocumenta vocis. Sextū est q aufert dolorē innaturalē cordis. Et ratio oīm iuuamētorū est q: predicta vena ab omnibus istis locis sanguinē euacuat. vt postea etiā patebit. Pro maiori declaratione predictorū sciendū est q in fleubotbomia aliqñ aperiunt vene et aliqñ arterie. In aptione aūt arterie est timor. Et huius causa potissima est nimius fluxus sanguinis. qui duplici causa habet fieri in fleubotbomia arterie. Una causa est caliditas vehemens sanguinis arterialis. Calidū em̄ est facile mobile et arteriam dilatans et aperiens. Et ideo iuuat multum ad euacuationē sanguinis in fleubotbomia arterie. Scda causa est arterie mobilitas. et ideo tardius in ea vulnus curat. cū vulnera nō sanant nisi quiescant· Prodest tamen ista fleubotbomia tripr. Primo cū est in corpore sanguinis subtilis abundantia. Secundo qñ vaporosi. Tertio qñ calidissimi: Sanguis enim subtilis ex quo calor naturalis et spirit⁹ fiunt: habitat in arteria: Sed sanguis grossus: ex quo membra nutriant in venis simitr sanguis vaporosus in arteria cōtinetur. et sanguis sanguineus in venis: Sanguis etiā calidissimus qui a corde efficit et digeritur quod est calidissimū membrū ecīā continetur in arteria Alius aūt sanguis in venis. Scdo sciendū q venarū apertio est in multis membris. Aliquando in brachio siue manu magna: aliqñ in parua: aliqñ in pede: aliqñ i naso: aliqñ in fronte: aliqñ in labijs: aliqñ in lingua siue in palato. aliquando in angulis oculorū versus frontem. In manu maiori que est ab ascellis vsq ad cubitos sunt quinq vene aperiende ꝰm Ba. 7. almā. et Aui. loco ꝑallegato Una vocat cephalica q̄ est vena capitis Scda basilica: que est vena epatica. Tertia mediana siue cordiaca siue nigra. ꝰm q vocat ab Aui. siue matrix. sicut vocatur a Basi. Quarta ascellaris: et quinta funis brachij. In manu minori est scelles siue saluatella: et ita in brachio ꝰm q continet maiorē manū et minorem sunt aperiende sex vene Cephalica a partibus que sunt supra collū euacuat Et ideo passionib⁹ capitis valet vt in enigranea mania: et in alijs calidis passionibus siue ex materia calida: Unde et in ista incipit siue oritur ab humero et tendit versus partē sinistrā brachij: Basilica euacuat immediate a partibus sub collo vt a pectore et epate Unde in passionibus pectoris et epatis et similiū valet: vnde valet in pleuresi. Et incipit ista ab ascellari et tendit ad parrē domesticā brachij. Mediana vō est media inter duas predictas in situ et in compositione q: ex eis cōponit. Est em̄ ramus vtriusq Et est etiā media in euacuatione Quia vndiq euacuat et ab inferioribus partibus sub collo: et a collo: et supra collum: Unde est vl'is toti corpori in euacuādo. nō vl'is sicut dicūt quidam: q: a corde oritur: sed quia ramus est cephalice et basilice Et ergo cū volumus fleubotbomare de cephalica et nō apparet: debemus accipere magis medianā q̄ basilicā: Et simitr cū volumus fleubotbomare basilicā et nō apparet: magis debemus fleubotbomare medianā q̄ cephalicā. q: magis cōuenit cū vtraq q̄ vna cū alia: cū sit ramus istarum. est ista extrema. Scelles siue saluatella est vena que est inter auricularem et medicū: tendēs plus versus medicū digitū et orit a basilica. Et ista aperitur in dextra manu in opilatione epatis et in sinistra manu in opilatione splenis. Et quare hoc fit nescitur ratione. sicut dicit Aui. sed experientia: hanc em̄ inuenit Ga. per somnū: vt ipse dicit Quia habebat quendā in cura habentē opilationē epatis et splenis. et somniabit se fleubotbomare patiētem de illa vena et sic fecit et curatus est De ista fit fleubotbomia ponēdo manum in aqua calida: quia subtilis est Ideo vt ingrossetur et dilatetur et ne vulnus claudat cicius debito: et vt sanguis grossus subtilietur. Ascellaris est illa que posita ē sub basilica. Et illa apparet in ligatura brachij: et de ista idem est indicium cū ba

silica. Funis brachij est illa que est supra cephalicā siue os vltimū siue alti⁹ brachij versus partē siluestrem. Et est idem iudiciū de ista et de cephalica. Licet ergo ſm Aui. et Ga. in apertione vene sit euacuatio vniuersalis a toto corpore. nō tamē ab omnibus venis equaliter: vt visum est Licet etiā vene a toto corpore euacuent. non tamen in eis est timor equalis immo cephalica ſm Ga. vij. almā. est securior. Et basilica est magis timenda. et cardiaca etiā multū est timenda licet min⁹ q̄ basilica Cephalica est securior. quia neqꝫ iuxta eam est neruus neqꝫ arteria neqꝫ super eam Sed sub cardiaca est neru⁹ ⁊ alti⁹ supra eā est neruus subtilis. ideo timendū est ne incidat neruus. Basilica est periculosa valde Quia est sub ea arteria et iuxta eam est neruus et masculus. Et ideo est timenda valde Sceiles siue saluatella nō est periculosa. sed tamē subtilis est. Et ideo vt aperiat melius est q̄ ponat in aqua calida. In pede sunt tres vene. scꝫ sciatica. sophena. et vena poplicis. Et he aperiunt cū volumus trahere sanguinē ad partes inferiores vt in prouocatione menstruorū et illa que est in poplice ſm Aui. magis valet q̄ sophena aut scyatica: q: ꝓpinquior est matrici Et ideo melius potest ab ipsa trahere. Sophena vero a virga testiculis et a matrice sanguinem attrahit. Sed sciatica ab anchis renibus et membris que sunt situate versus partē siluestrē melius trahit. Sophena vero a matrice et a membris positis versus partem domesticā licet sint rami vnius vene. In medio frontis est vena vna q̄ aperiēda est in antiquitatis passionib⁹ faciei vt in morphea et impetigine scabie et in passionibus oculorū prius tamē debet fieri minutio de cephalica. Et similiter est vna vena in naso. et in vtriusqꝫ apertione debet collū ligari. Et postea aperiri vna ante aliam: per ligationē em̄ colli meli⁹ manifestat. In alijs etiā sunt vene que aperiunt ꝓpter apostemata existentia in ore aut gingiuis: cephalica tamen prius minuta. In palato sunt quatuor vene: que si aperiantur valent fluxui reumatis et ad dentes in eis facientes dolorē. Et iste vene sunt manifeste et debent aperiri materia digesta. Item quedā sunt vene in angulis oculorū versus frontē: et aperiunt in passionibus oculorū: cephalica prius minuta. Item quedam sunt vene sub lingua que aperiunt in squmantia. cephalica prius minuta. Item vene sunt que in temporibus incidūtur ꝓpter emisgraneā. et propter dolorem magnū capitis. et egritudinē capitis diuturnā. Et iste sunt quas vocat Ipocras et Aui. iuuenales: quarū incisio reddit hominē impotentem generare. Item in collo etiā sunt vene que vocantur guides que minuende sunt in principio lepre. et maxime quādo anhelitus angustatur. Unde in squmantia impediente anhelitum minuuntur.

¶ De quibusdam amphorismis generalibus.

Si dolor est capitis ex potu limpha bibatur
Ex potu nimio nam febris acuta creatur
Si vertex capitis vel frons estu tribulentur
Tempora fronsqꝫ simul moderate sepe fricentur.
Morella cocta necnon calidaqꝫ lauentur.

Thut dir nach sauffen veh dein heupt
Ein wasser trungk sey dir erleubt

So ymandt am heupt böß hitze hot
Der reibs vnd waschs mit nachtschatten sodt.

¶ In hoc passu autor duo notat. Primũ est ꝙ si dolor capitis accidat ex potu nimio et maxime vini vel alicuius alterius potus quo cõtingit hoies inebriari. tunc superbibi debet aqua frigida que sui frigiditate atqꝫ ingrossatiõe impedit ne fumi ex tali potu eleuati cerebrum ledant vel ad ipm eleuent. Scdm est ꝙ si summitas capitis vel frons nimio calore vexet tunc debet tpa et frons modes rare fricari. et postea debent ex aqua decoctiõis morelle calida lauari. qr morella q̄ a cõibus medicis solatrũ dicit habet infrigidare. quia frigida est.

Temporis estiui ieiunia corpora siccant
Quolibet in mense confert vomitus quoqꝫ purgat.
Humores nocuos stomachus quos continet intus.
Ver autumnus hyems estas dominatur in anno.
Tempore vernali calidus fit aer humeusqꝫ
Et nullum tempus melius fit fleubothomie
Vsus tunc homini veneris confert moderatus
Corporis et motus: ventrisqꝫ solutio: sudor:
Balnea: purgentur tunc corpora cum medicinis:
Estas more calet: siccat: noscatur in illa.
Tunc quoqꝫ precipue coleram rubeam dominari
Humida frigida fercula dentur. sit venus extra.
Balnea non prosunt. sint rare fleubothomie.
Vtilis est requies. sit cum moderamine potus.

Das fasten ym sommer macht dich hager
All mondt sich brechen hilfft dem magen
Das yar hat vier teyl vnd gestalt
Ist lentz-herbst-sommer vnd winter kalt
Der lentz ist messig feucht vnd varm
Den saltu laß vnd reynigñ den darm
Beuegung des leibs vnd lyb mag sey
Bad schweyß vnd ander ertzeney
Der sommer ist heyß vnd dreuget sehr
Daryn sich vil die Colera mehr

Nicht bul: issz feucht vnd kalde speysz
Nicht bad-noch lasz-hab rue-tringk leysz.

¶ In hoc passu autor plura notat. Primū est q̄ ieiunare multū exiccat corpora in estate. quia ex quo estas de natura est calida et sicca. ipsa resoluit humiditates corporis q̄ etiā resoluunt per sudores in estate multiplicatos. Et sic superueniente ieiunio corpa plus exiccant. q2 absente humido cibali. calor nr̄i corporis agit in humiditates ꝓprias ipsas exiccādo. Et ĝ bene dicit Ipo. 7. pti. am. Corporibus humiditas carnes habētib9 famē adhibere cōuenit: fames em̄ corpa exiccat. Scd̄m est q̄ vomitus cōfert quolibet mense. q2 per vomitū euacuātur hūores nociui ꝯtēti ī toto ambitu stomachi. Et istud etiā voluit Aui. 4. i. c. 13. de iuuamētis q̄ affert vomit9. cū dixit q̄ Ipo. precepit vomitū fieri bis in vnoq3 mense. s. duobus diebus cōtinuis vt scd̄o die expellat illud qd̄ primo die nō potuit impelli. Et per hoc ẜm Ipo. cōseruat sanitas. cū talis vomitus mūdificat stomachū euacuando flegma et colerā. Stomachus em̄ nō habet aliq̄d quod mundet ipsum. sicut intestina hn̄t colerā rubeā ipsam mundificantē. Et postea Aui. lo. pal. ponit plura alia iuuamēta vomitus bene facti: Quorū primū est q̄ cōfert grauitati capitis. Et hoc est verū qn̄ illa grauitas accidit ex materia humorali vaporosa perueniēte a stomacho et membris inferioribus ad caput. Si em̄ grauitas corporis fieret a nocumēto ꝓprio ipsius cerebri. tunc vomitus magis noceret q̄3 cōferret. Scd̄m est q̄ clarificat visum. Et hoc qn̄ obscuratio visus prouenit ex materia vaporali proueniēte a stomacho ad ipsos oculos alias aūt nō. Tertiū est q̄ aufert fastidiū. i. nauseā et abbominationē. remouendo et euacuando humorē a stomacho qui est causa fastidij. Quartū est q̄ cōfert ei ad cuius stomachū descendit colera corrūpens eius cibum. Quintū est q̄ remouet abbominationē q̄ fit ꝓpter vnctuositatē. Sextū est q̄ remouet causam desiderij et illud qd̄ facit desiderare acutū ponticū aut acetosum. q2 vomit9 remouet causam oīm istarū dispositionū: iam remota causa remouet effect9. Septimū est q̄ cōfert laxitati. i. cathecie q̄ p̄cedit ydropisim. euacuādo materiā talis laxitatis et mundando stomachū. Octauū est q̄ cōfert vlcerib9 in renib9 et vesica diuertēdo materias currētes ad illa loca ad partē oppositā. Nonum est q̄ etiā cōfert lepre maxie qn̄ fit cū vomitiuo forti. sicut elleboro. q2 talis vomitus euacuat materias que sunt in locis remotis et difficilis eradicatiōis: ex quibus fit lepra. Etiā vomitus corrigit digestionē primā: ex qua alie digestiones meli9 fiunt. vnde lepra peccat in corruptiōe digestiue. Decimū est q̄ cōfert malicie coloris in cute ex aliquo hūore: diuertēdo ip̄m a cute. Undecimū est q̄ cōfert epilentie stomatice: euacuando humorē cōtentū in stomacho. ex cui9 effumatione causat epilentia. Duodecimū est q̄ cōfert icterice: maxie ille que est ex opilatiōe Nam ꝓpter motū fortē in vomitu. materia opilans mouet et remouet a loco ī quo faciebat opilationē Silr̄ euacuat materia flegmatica per vomitū q̄ cōiter est causa isti9 opilatiōis. Decimūtertiū est q̄ cōfert asmati: euacuādo materiā antecedentē ex stomacho que fouebat materiā asmatis. Et etiā calefaciēdo mēbra spūalia et pulmonē: ex q̄ꝝ calefactiōe sequit cōsumptio superfluitatū facientiū asma. Decimūquartū est q̄ cōfert tremori et paralisi. euacuādo materiā istarū passionū. Decimūquintū q̄ confert habētib9 viscera nigra magna super partes extremas diuertēdo humores a partib9 extremis. Et licet vomitus debite ministratus ista cōferat iuuamēta. superflue tn̄ factus multa inducit nocumēta q2 debilitat stomachū et resoluit ip̄m et facit cū aptū vt materie fluant ad ip̄m Et obest pectori et visui et dentib9 ⁊ antiquis capiti3 doloribus ⁊c. Prout dicit Aui. 4. i. c. 14. Tertiū q̄ notat hic textus est q̄ quatuor sunt tp̄a anni. sc3 Uer Estas Autumnus et Hyems. prout manifestū est Et inter ista tp̄a ver est calis

dum et humidū. Et hoc respectu aliorū tpm. licet in se sit tpus temperamēto attinēs. vt vult Ga. in de cōplexionib⁹. Et ex isto sequit̃ q istud tpus magis aptū est fleubothomie. q: mag; est multiplicatiuū humorū q̄ʒ alia tpa. Et ꝫ etiā isto tpe potest cōuenire moderatus vsus coitus et motus tpat⁹. et ventris solutio siue fluxus. et sudor tpat⁹. Et silr balnea tpata ad diminuendū repletionē. Et ꝫ etiā istud tpus aptum est ad purgationē corporis cū medicinis. Quartū est q estas calefacit et exiccat. Et ergo in ipsa etiā multiplicat̃ colera rubea que calida est et sicca. ꝓpter hoc etiā in estate fercula debent esse frigida et humida ad remouendū disparātiam caliditatis et siccitatis ex cōplexione estatis inductā. Et debet fieri abstinētia coitus: cū talia etiā exiccant. Et abstinētia a mult; balneis. silr de causa. Et rara fleubothomia. eadem de causa: nisi necessitas hoīem cōpellat. Et debet fieri quies et paucus motus. q: quies humectat et multus motus nimiū exiccat. Et debet homo predicto tpe vti potu cū moderamine et maxime frigido. q: ex superflua sumptione potus frigidi ꝓpter aperitionē pororum aliquando sequit̃ subita infrigidatio corporis vel paralisis siue laxitas membrorū vel mors subita. A qua nos defendat qui eternaliter viuit et regnat Amen.

Hoc opus optatur quod flos medicinę vocatur.

Tractatus qui de regimine sanitatis nuncupatur finit fęliciter. Impressus Liptzk per Iacobū Thanner Herbipolitanū. Anno dn̄i M.ccccc.xiij. In vigilia sancti Andreę Apostoli.